AVVISO. *IL Re noſtro Signore ha ſtabilito delle Poſte regolate per la Turchia, le quali partiranno da Napoli per Coſtantinopoli, paſſando per Durazzo in Albania l' ultimo Sabbato d'ogni meſe; e da Coſtantinopoli per Napoli ogni penultimo Sabbato, il che principierà ad eſeguirſi nel proſſimo venturo meſe di Maggio, e ſarà libero ad ogni uno di qualunque Nazione ſi ſia di valerſi di queſta via per la ſua corriſpondenza con Coſtantinopoli, e Durazzo, ed anche cogli altri Stati dell' Impero Ottemano, tenendo in queſte due Città delle perſone, che abbiano la cura di ricevere le loro lettere per incamminarle poi al loro deſtino. Il porto delle lettere così d'andata, come di venuta ſi affrancherà, e pagherà in Napoli. Sicchè ſarà neceſſario d' indirizzarle a' Corriſpondenti, che attendano a ritirare dalla Poſta le prime, ed a pagarne il porto, per affrancarle poi all' Officio, in cui ſi riceveranno quelle per Durazzo, e Coſtantinopoli, ove ſi diſpenſeranno nel Palazzo di reſidenza del Miniſtro di S. M. a Pera ſenz' altro pagamento.*

E parimente di ritirare quelle, che procederanno da Costaotinopoli, e Durazzo, ove si faranno ricevute gratis*, e pagarne qui il porto, per poi dirigerle al loro destino. E quantunque vi sia altrettanto lontano da Napoli a Costantinopoli, come da Napoli a Parigi, ed in oltre si abbia da passare un lungo tragitto di mare nell'Adriatico, con tutto ciò S. M. più desiderosa di facilitare non solamente il Commercio de' suoi Sudditi, ma ancora quello de' Sudditi delle Potenze sue Amiche, ed Alleate, che attenta a' suoi proprj Reali interessi, si è servita ordinare, che si regolasse il porto delle lettere ad un prezzo più mediocre ancora di quello, che si paga per le lettere da Parigi a Napoli, conforme dalla Tariffa qui sotto descritta apparisce.*

Si avvisa, che i pieghi, che procederanno dalla Turchia, si profumeranno al di fuori solamente a Brindisi prima Porta degli Stati di S. M. ove capiteranno, da dove si trasporteranno in casse chiuse, e con tutta cautela in questa Capitale, e si riporteranno direttamente all'Officio di sanità, acciò in presenza non solamente de' Consoli delle Nazioni Forestiere, e delle persone, che destineranno ad assistere per parte loro; ma ancora di qualunque altro vi vorrà intervenire, si profumino le lettere al di dentro, e si finisca di espurgarle perfettamente, e come conviene per la sicurezza della pubblica salute; che vi si suggelleranno col suggello dell'Officio di Sanità quelle, che profumandole si saranno aperte; e che poi si porteranno all'Officio Generale della Posta, in cui si distribueranno come sopra si è detto. Di modo che le Corti Straniere, i loro Ministri, e i Sudditi possono essere sicuri del segreto de' loro negozj, e che le lettere saranno immuni da qualunque sospetto d'aria impura.

Si previene ancora, che nel termine di 20. giorni, e spesse volte in minor tempo siegue il trasporto delle lettere da Costantinopoli a Napoli.

Tariffa del porto, e dell'affrancatura delle lettere tra Napoli, e gli Stati del Gran Signore, che si esigerà a Napoli in moneta Napoletana.

Da Costaotinopoli, o per Costantinopoli

Lettera semplice grana	30
Lettera doppia grana	40
Piego ad oncia grana	60

Da Durazzo, o per Durazzo

Lettera semplice grana	20
Lettera doppia grana	30
Piego ad oncia grana	40

Carolus Dei Gratia utriusque Siciliae Rex, Hispaniarum Infans, Dux Parmae, Placentiae, & Castri, Magnus Princeps Atruriae, &c.

Antonio Montalto Duca di Fragnito, Signore delle Terre Pietra, Motta, Montecorvino, e Volturino, de' Feudi di Monterone, Rapinella, Cella, delle Difese del Casale, S. Paolo, Juvara, Marano, Marseglia, &c. Soprantendente Generale dell' officio di Corriere Maggiore del Regno di Napoli per S. M., e suo Gentiluomo della Camera d'Entrata &c.

Regolamento sopra la Tassa da praticarsi nell' officio di Corriere Maggiore del Regno di Napoli per le lettere di Andata, e Venuta ad esse spettanti.

Le lettere di Andata, e Venuta dalle Provincie di Contada di Molise, Principato Citra, ed Ultra, Capitanata, Basilicata, Otranto, Abruzzo Citra, ed Ultra, Calabria Citra, ed Ultra, e Messina.

Si tassano, cioè

I Pieghi a grana otto l'oocia	grana	8
Mezzo foglio grana		3
Foglio grana		3
Foglio, e mezzo grana		4
Due fogli grana		5

Le lettere, che vengono da Palermo per Napoli, e Regno

Si tassano, cioè

I Pieghi a grana 12. l'oncia, e quelle sciolte, cioè

Mezzo foglio grana	3
Foglio grana	4
Foglio, e mezzo grana	6
Due fogli graoa	8

Le lettere, che vengono da Roma per Napoli, e Regno il Lunedì con Staffetta, ed il Venerdì col Procaccio

Si tassano cioè

I Pieghi a grana 10. l'oncia, e quelle sciolte, cioè

Mezzo foglio grana	3
Foglio grana	3
Foglio, e mezzo grana	4
Due fogli grana	5

Le lettere, che vengono da Romagna per Napoli, Regno, e Sicilia

Si tassano cioè

I Pieghi a grana 12. l'oncia, e quelle sciolte, cioè

Mez-

Mezzo foglio grana	3
Foglio grana	4
Foglio, e mezzo grana	6
Due fogli grana	8

Le lettere, che vengono da Genova, e Toscana per Napoli, Regno, e Sicilia

Si tassano cioè

I Pieghi a grana 15. l'oncia, e quelle sciolte, cioè

Mezzo foglio grana	3
Foglio grana	5
Foglio, e mezzo grana	8
Due fogli grana	10

Le lettere, che vengono da Venezia per Napoli, Regno, e Sicilia

Si tassano cioè

I Pieghi a grana 15. l'oncia, e quelle sciolte, cioè

Mezzo foglio grana	3
Foglio grana	5
Foglio, e mezzo grana	8
Due fogli grana	10

Le lettere, che vengono da Milano per Napoli, Regno, e Sicilia

Si tassano cioè

I Pieghi a grana 18. l'oncia, e quelle sciolte, cioè

Mezzo foglio grana	3
Foglio grana	6
Foglio, e mezzo grana	9
Due fogli grana	12

Le lettere, che vengono da Germania, e Paesi Bassi per Napoli, Regno, e Sicilia

Si tassano cioè

I Pieghi a grana 24. l'oncia, e quelle sciolte, cioè

Mezzo foglio grana	5
Foglio grana	8
Foglio, e mezzo grana	12
Due fogli grana	16

Le lettere, che vengono dalla Francia per Napoli, Regno, e Sicilia

Si tassano cioè

I Pieghi a grana 19. l'oncia, e quelle sciolte, cioè

Mezzo foglio grana	5
Foglio grana	5
Foglio, e mezzo grana	7
Due fogli grana	12

Le lettere, che vengono da Costantinopoli, ed altre parti del Levante per Napoli, Regno, e Sicilia

Si tassano cioè

I Pieghi a grana 60. l'oncia, e quelle sciolte, cioè

Mezzo foglio grana	30
Foglio grana	30
Foglio, e mezzo grana	40

Le lettere, che vengono da Durazzo per Napoli, Regno, e Sicilia

Si tassano cioè

I Pieghi a grana 40. l'oncia, e quelle sciolte, cioè

Mezzo foglio grana	10
Foglio grana	20
Foglio, e mezzo grana	30

I Processi, e le Scritture, che vanno, e vengono per lo Regno scritti ne' libri de' Procacci, ed in lettere di avviso si tassano a grana dieci l'oncia.

Regolamento di quello che si pratica nell'Officio di Napoli nell'affrancatura delle sottoscritte lettere.

Le lettere, che da Napoli, Regno, e Sicilia si mandano in Roma

Si affrancano cioè

I Pieghi a grana 5. l'oncia, e quelle sciolte, cioè

Mezzo foglio grana	2
Foglio grana	2
Foglio, e mezzo grana	3
Due fogli grana	4

Le lettere, che da Napoli, Regno, e Sicilia si mandano per l'Italia, cioè Romagna, Venezia, Genova, Toscana, Milano, e Mantova

Si affrancano cioè

I Pieghi a grana 10. l'oncia, e quelle sciolte, cioè

Mezzo foglio grana	3
Foglio grana	3
Foglio, e mezzo grana	4
Due fogli grana	5

Le lettere, che da Napoli, Regno, e Sicilia si mandano per Germania, e Paesi Bassi

Si affrancano cioè

I Pieghi a grana 18. l'oncia, e quelle sciolte, cioè

Mezzo foglio grana 4

Foglio grana	6
Foglio, e mezzo grana	9
Due fogli grana	12

Lettere nominate del Cammino, che da Napoli si mandano fino all' entrare di Castrovillari in Calabria, e da Napoli fino all' entrare di Roma

Si tassano cioè

I Pieghi a grana 8. l'oncia, e quelle sciolte, cioè

Mezzo foglio grana	2
Foglio grana	3
Foglio, e mezzo grana	4
Due fogli grana	5

Le lettere, che da Napoli, Regno, e Sicilia si mandano per Spagna

Si affrancano cioè

I Pieghi a grana 36. l'oncia, e quelle sciolte, cioè

Mezzo foglio grana	6
Foglio grana	12
Foglio, e mezzo grana	18
Due fogli grana	24

Le lettere, che da Napoli, Regno, e Sicilia si mandavano per Francia

Si affrancavano cioè

I Pieghi a grana 18. l'oncia, e quelle sciolte, cioè

Mezzo foglio grana	4
Foglio grana	6
Foglio, e mezzo grana	9
Due fogli grana	12

Quest' affrancatura dal 1741. non si è più esatta per lo trattato di reciproco commercio stabilitosi colla Posta di Francia, nè si esigerà durante il medesimo.

Le lettere, che da Napoli, Regno, e Sicilia si mandano per Costantinopoli, ed altre parti del Levante

Si affrancano cioè

I Pieghi a grana 60. l'oncia, e quelle sciolte, cioè

Mezzo foglio grana	30
Foglio grana	30
Foglio, e mezzo grana	40

Le lettere, che da Napoli, Regno, e Sicilia si mandano per Durazzo

Si affrancano cioè

I Pieghi a grana 40. l'oncia, e quelle sciolte, cioè

Mezzo foglio grana	20
Foglio grana	20
Foglio, e mezzo grana	30

Regolamento di quello che si pratica nell' Officio di Corriere Maggiore di Messina sopra l' esazione delle sottoscritte lettere, che fa per conto dell' Officio di Napoli.

Le lettere, che da Messina si mandano per Germania, e Paesi Bassi

Si affrancano cioè

I Pieghi a grana 26. moneta di Napoli l' oncia, cioè grana 8 per lo porto da Messina in Napoli, e grana 18. per l'affrancatura da Napoli a Mantova; e quelle sciolte, cioè

Mezzo foglio grana	5
Foglio grana	9
Foglio, e mezzo grana	13
Due fogli grana	17

Le lettere, che da Messina si mandano per l' Italia

Si affrancano cioè

I Pieghi a grana 18. moneta di Napoli l' oncia, cioè grana 8. per lo porto da Messina in Napoli, e grana 10. per l'affrancatura da Napoli passato Roma; e quelle sciolte, cioè

Mezzo foglio grana	4
Foglio grana	6
Foglio, e mezzo grana	8
Due fogli grana	10

Le lettere, che da Messina si mandano in Roma

Si affrancano cioè

I Pieghi a grana 5. moneta di Napoli l'oncia, e quelle sciolte, cioè

Mezzo foglio grana	2
Foglio grana	2
Foglio, e mezzo grana	3
Due fogli grana	4

Rego-

Regolamento di quello che si pratica nell'Officio di Corriere Maggiore di Palermo sopra l'esazione delle sottoscritte lettere, che fa per conto dell' Officio di Napoli.

Le lettere, che da Palermo si mandano per Germania, e Paesi Bassi

Si affrancano cioè

I Pieghi a grana 30. moneta di Napoli l'oncia, cioè grana 12. per lo porto da Palermo in Napoli, e grana 18. per l'affrancatura da Napoli a Mantova; e quelle sciolte, cioè

Mezzo foglio grana	6
Foglio grana	9
Foglio, e mezzo grana	14
Due fogli grana	20

Le lettere, che da Palermo si mandano per l'Italia

Si affrancano cioè

I Pieghi a grana 22. moneta di Napoli l'oncia, cioè grana 12. per lo porto da Palermo in Napoli, e grana 10. per l'affrancatura da Napoli passato Roma; e quelle sciolte, cioè

Mezzo foglio grana	4
Foglio grana	6
Foglio, e mezzo grana	9
Due fogli grana	13

Le lettere, che da Palermo si mandano per Roma

Si affrancano cioè

I Pieghi a grana 5. moneta di Napoli l'oncia, e quelle sciolte, cioè

Mezzo foglio grana	2
Foglio grana	2
Foglio, e mezzo grana	3
Due fogli grana	4

In Napoli 1747. 1747.



DE

DE OFFICIO PROCVRATORIS CAESARIS,

S E V

CAMERAE SVMMARIAE,

E T H I S ;

Quae ipſi Tribunali incumbunt.

T I T V L V S CLXXI.

P R A G M A T I C A P R I M A:

Dentor capita Reg. Camerae Summariae.



' tempi addietro ricevemmo una lettera di S. M. del tenor ſeguente, *videlicet*: *A tergo. All' Illuſtr. Marques de Villafranca. Intus vero*. Ill. Marques primo nueſtro Viſorey, Lugarteniente, y Capitan General, con eſta os mandamos embiar ciertas ordinationes, y Prematicas, que ſe han acà platicado; que ſerian neceſſarias, y convenientes para el bien de nueſtro patrimonio, y hazienda deſſe Reyno, las quales han parezido bien, no las havemos querido mandar deſpachar, ſin haver primiero vueſtro parezer ſobre cadauna dellas, confiaodo de vos, que en todo mirareys, y Nos aviſareys de lo que mas convenga al nueſtro ſervizio, y aſſi os encargamos, y mandamos, que las veays, y conformado os particolarmente en cada una dellas del Dottor M. Bartolommeo de Benevento, que las llevas de las cauſas, que han movido ad hazerlas aſſi, y platicandolas, y comunicandolas con los Regentes de nueſtra Chancillaria, y con los otros Officiales nueſtros, que a vos pareziere convenir, y con el dicho M. Bartolommeo. Nos aviſareys ſpeeificadamente de todo lo que a vos, y a ellos pareziere circa dellos, dando las razones, que os mueven a ello, y aunque sè lo mirareys muy bien, no he querido dexar de acordaros, que no deven entervenir a ello perſonas, que puedan pretender intereſſe, porque mejor ſe pueda hazer lo que conviene, y juntamente con vueſtro parezer Nos embiareys las miſmas Prematicas, para que viſto todo, las mandemos publicar, y las, que os pareziere, que eſtan bien como da acà os embiandolas, mandareys luego publicar, y obſervar ſin falta, ò hazer lo que mas cumpliere a nueſtro ſervizio. *Datum in Savillano à 14. de Junio 1536. Yo el Rey. Perenotus Idiaques Secretar. Nihil ſolvat, quia Curiae. Lobera Taxator.* 14 Jun. 1536. El Rey.

2 E con eſſa ci furono preſentate molte Prammatiche, le quali furono in parte diſcuſſe in queſto Collateral Conſiglio con intervento del detto M. Bartolommeo Camerario. E perchè ce n'erano altre, le quali ricercavano conſulta con S. M., ed alcune aveano biſogno di maggior diſcuſſione, per l'andata noſtra in Puglia contra i Turchi, ſi differì l'eſecuzione di eſſe. E volendo ora ubbidire a quanto S. M. ha comandato, ci è paruto inviare a coteſta Regia Camera quelle, che ſono accordate da eſeguirſi, le quali ſono l'infraſcritte, *videlicet*:

3 Quoniam Majeſtati noſtrae retulerunt, quod patrimonium noſtrum, & jura fiſcalia in confuſione quadam percurrere non deſinunt ex computorum Officialium noſtrorum praeſentatione, quae in noſtra Regia Camera fit, dum praeterita futuris immiſcentur, in non modicum praejudicium patrimonii Majeſtatis noſtrae; *Quamobrem volentes, ut tenemur, indemnitati noſtrae providere*, Ordinamus, & mandamus, quod Theſaurarius noſter generalis, Portulani, Perceptores, Dohanerii, & Officiales alii quicunque deinceps computa ſua in noſtra Regia Camera diſtincta cum cauſa ſpecifica cujuſcunque partitae introitus, aut exitus, de tertio in tertium, finita, ac bene declarata, & tantum ea, quae ejuſdem ſunt temporis, & non de praeteritis, tam in introitu, quam in exitu, conſuetis temporibus praeſentent, ne prout ſit, evenire contingat, ut nunquam praeſens ſtatus patrimonii noſtri certus ſit, & praeterita tantummodo continue pertractentur, de praeteritis vero ſpecialem, & ſeparatam notitiam maxime reſiduorum exhibeant, nec aliter a noſtra Camera recipiantur.

Quaeſtor Dohanerae, ceterique diſtinctam reddant in Regia Camera rationem. Vide pag. 75. §. 7. ar. hoc tit. & pag. 43. & 49.

4 Cum-

4 *Cumque praedicta etiam contingere, & ipsorum computorum declarationes retardari audiverimus, ex eo quod eodem die, quo Thesaurarius noster generalis recepit pecunias, portantibus illas cautelas de recepto non consignat:* Ordinamus, & mandamus, & Thesaurarius noster minime quantitatem aliquam pecuniae magnam, vel parvam accipiat, quin statim in suo Libro partitam claram, & liquidam, causam specificam continentem, & cum finitione cujuslibet tertii describat, cujus copiam incontinenti Ministro consignet, ad hoc ut Ministri ipsi quando praesentant computa suo tempore, prout statutum est, & male observatur, una cum cautelis, & regesto apodixarum nostrae Regiae Camerae praesentare debeant, nec contrarium faciant, sub poena aureorum duorum millium, quae irremissibiliter exigatur, in quam officiales nostrae Camerae Summariae incurrant, nisi irremissibiliter illam exigant.

Summae scribantur liquidae cum aequatione rationis quadrimestris.

Poen. aureor. 2000.

Poen. eod.

5 *Item pro bona conservatione status nostri, & populorum nostrorum, ne ab Officialibus nostris vexentur;* Statuimus, & mandamus, ut Perceptores nostri in Provinciis eorum, nec per se, nec per Ministros suos, aut alios quoscunque, palam, vel occulte quicquam, nisi pro eorum usu emant, nec animalia ad vescendum pascua detineant, neque etiam esculenta, aut poculenta ab Universitatibus, vel subditis capiant, sed propria provisione remaneant contenti; nec etiam pro retardandis exactionibus, nostrae Curiae debitis, vel pro restituendis executionibus factis, aliquid recipiant, sub poena amissionis provisionis unius anni pro prima vice, & pro secunda sub poena privationis officii, in quam ipso jure absque aliqua declaratione incurrant, tam si ipsi, quam si dicti eorum ministri praedicta commiserint.

Perceptores Provinciarum nihil recipiant ab Universitatibus, nec mercaturas exerceant, nec animalia ad pascendum pascua teneant.

Declara. ut prag. 48. §. 6. inf. eod.

6 *Item* Volumus, & mandamus, quod Perceptores Regni nostri in Provinciis eorum statim, quod Barones moriuntur, infra mensem, vel antea si per Regiam Cameram Summariae fuerit eisdem injunctum cum provisione consueta ad loca feudorum accedant, & informationem de fructibus illius anni capiant, ne postmodum tempore exactionis relevii, maxime in pupillis, qui in solutione, usque ad pubertatem expectantur, vera introituum ipsorum notitia haberi nequeat, nec contrarium faciant, sub poena amissionis provisionis unius anni.

Hodie tenentur tantum reddere certioram R.C. de morte Baronis, ut pra. 81. inf. eod.

7 *Item* statuimus, ut quando pecunia recipitur a Thesaurario nostro generali, non destinetur illa penes nummularios, sed recta via intret in Regia Thesauraria, & tunc cum interventu Perceptoris significatoriarum pecunias praedictas capiat, ad hoc ut Perceptor ipse possit videre qualitatem monetarum, & nostrae Regiae Camerae referre, ut valeat condigna salaria pro monetarum vectura statuere, ne inde R. C. nostra decipiatur, prout hactenus observatum extitit.

Huic fuit derogatum per prag. 54. inf. eod. & 56.

8 *Item* mandamus Perceptoribus nostris, ut cum usque ad ducatos quingentos exegerint, prout in instructionibus habent, statim illos Neapolim in nostram Regiam Thesaurariam transmittant, & si contra fecerint, ad omnia damna, & interesse nostrae R. Curiae teneantur; Verum, si pro minori sumptu pro trasmittenda majori quantitate per mensem alium expectandum esse duxerint, hoc eis liceat, & non aliter.

Vide pr. 56. infra eod.

9 Item exposuerunt Majestati nostrae, quod Perceptores, perquirentes solutionem pecuniarum nostrarum retardare, hac utuntur fraude, quod apodixas, quas Exactores populis faciunt, iterum illas sub data posteriori refaciunt; quibus providere volentes, *Statuimus, ut inde talia non attententur, sed in apodixa ab Exactore scripta Perceptores, aut eorum Locumtenens subscribant in eodem integro folio dietim, prout solutiones fiunt.*

Syngraphas receptarum pecuniarum fiant dietim.

10 *Insuper* praecipimus, & mandamus, ut omnes consultationes, quae transmittuntur Majestati nostrae, aut Proregi in Regno nostro, expediantur in Banca plena, cum expresso voto omnium Praesidentium, & Rationalis conficientia illas, & vota notentur in Libro notamentorum, nec aliter inconsultis praedictis, ac etiam in aliis literis, aut provisionibus, intra Regnum transmittendis, notetur consensus notamentorum, qui quidem consensus, quando non est nemine discrepante, sed majoris partis, scribatur, videlicet, *consensu majoris partis*, & non simpliciter, sub poena privationis officii sui.

Consultationes fiant in Tribunali.

Vide pr. 22. infra eod.

Poen. priv. off.

11 Parisormiterque omnia Bilancia Regni nostri, quae consuetis temporibus, prout Vicerex expostulabit, Majestati nostrae transmittuntur, cum interventu omnium Praesidentium, & Rationalium expediantur, & ab omnibus Praesidentibus tam bilancia, quam consultationes, Nobis, aut Proregi nostro transmittendas, subscribantur.

Æquationes rationum transmittendas cum interventu omnium fiant, & subscribantur.

12 Literae vero expediantur in Banca cum voto Praesidentium, ut supra, quae notentur in Libro votorum cum subscriptionibus Locumtenentis, nec aliter literas expediat, ubi Camerarii nomine transmittuntur, praeterquam quando aliquis casus necurreret, qui propter interesse Regiae Curiae non pateretur dilationem, ut litera expediatur in Banca, ut tunc solus Locumtenens expediat, & detur sequenti die notitia Praesidentibus.

Declara. ut pr. 24.

13 Quodque scripturae omnes conserventur in Regia Camera Summariae in locis consuetis, ubi per Officiales, ad id deputatos, custodiantur, ut unusquisque ex Praesidentibus, aut Rationalibus pro nostro servitio illas intueri valeat; nec in propriis domibus Locumtenentis, aut Praesidentis prout hactenus fuerunt, detineantur, praeterquam si pro aliquo occurrenti negotio, non longo tamen tempore, illas domi cum specifica apodixa receptionis reportare sit necesse.

Scripturae detineantur in Camera.

Vide pra. 66. §. 8. inf. eod. pr. 75. §. 2. 20. 47. 48. 138. & 170.

14 Ac etiam pro custodia justitiae, ne vota pandantur; statuimus, ut nemo nisi Locumtenens, & Praesidentes in Banca intrent, & Patronus, ac Procurator Fisci, & Notator post causam votatam, vel aliquis ex Ratio-

Declara. ut prag. 23. eod.

tioonalibus, aut Scribis quicquam pro servitio nostro propoocre voluerit, per Porterios tunc illud Locumtenenti notificet, quod maxime cum partibus observandum est, quae dum non singulae admittunsur, sed omnes simul intrant, confusionem quandam inducunt & ipsae male expediuntur, & tempus incassum labitur; quamobrem jubemus, ut postquam intraverint, solae vocentur partes pro singulis causis, prout referuntur per Locumtenentem.

Pragmaticae referantur in libro rituum.

15 Le quali " Vi ordiniamo, e comandiamo, che l'abbiate da osservare *ad unguem*, come stanno. Ed acciocchè niuno si possa scusare d'ignorarle, incontanente le facciate registrare in cotesta Regia Camera, una coll' altre Prammatiche, nel Libro de' Riti, acciocchè sieno in notizia di tutti gli Officiali, avanti de' quali le farete leggere in piena Banca.

Pr. 75. §. 180. hoc tit.

16 E perchè i Ministri pecuniarj non ne pretendano essi ancora ignoranza alcuna; Vi ordiniamo, e comandiamo, che incontanente le facciate intimare a ciascheduno di essi, lasciando loro copia auteotica *instructionum*, e così s' osservi *in futurum*, che a tutt' i Ministri pecuniarj avanti di dar loro la possessione dell' officio, si diano l'istruzioni, nelle quali si dia copia di tutte le sopraddette Prammatiche; nè farete il contrario, nè in tutto il sopraddetto, nè in parte di esso, per quanto avete cara la grazia della Maestà Cesarea, e sotto pena di ducati due mila". *Datum Neopoli in Castro Novo die* 10. *mensis Januarii* 1540. *D. Pedro de Toleto. Vid. de Colle Reg. & pro Protonotor. Vid. Loffredus Reg. Martyranus Secretarius. In Cur. 7. fol. 263. Dirigitur Reg. Camerae Summariae.*

Ministris rei pecuniariae dentur instructiones ante captam possessionem.

Poen. centuss. 2000.
10. Jan. 1540.
D. Pedro de Toleto.

PRAGMATICA II.

Ex §. 12. prag. C. V. anno 1540.

Officiales rei pecuniariae exhibeant in Camera rationes intra annum per Rationales computandas.

CUm Reges antecessores nostros in dicto Regno in Regia Camera Summariae, ubi magna negotia tractantur, tam ad patrimonii nostri, quam ad subditorum interesse spectantia, ritus, & constitutiones, magno cum studio providisse, summaque diligeotia fecisse, atque ordinasse constet; *Volumus propterea, atque mandamus, ut omnes exacte serventur, & signanter disponentes, quod Officiales pecuniarii singulis annis in dicta Camera eorum computa cum debitis cautelis exhibere, & praesentare debeant, ad hoc, ut percunctari, liquidari, & cito expediri possint; nam dilatio expeditionis eorum hactenus Curiae nostrae, & subditis fuit non mediocriter perniciosa. Quam liquidationem infra annum omnino fieri jubemus, propterea que Locumtenenti, Praesidentibus, dictisque Rationalibus mandamus, quod in liquidatione computorum ita solliciti sint, atque festinent, ut singulis annis computa praeterita liquidata remaneant, nec in annum sequentem liquidatio differatur; ne sic differendo liquidationes fiant immortales, & Regia Curia nostra ignoret, an in Officialium nostrorum posse quantitas aliqua pecuniarum Regiarum remanserit; Et qui contra fecerint, poenas, in eisdem contentas, aliasque, arbitrio nostro reservatas, graviores incurrant.*

Poen. ead. & alia arbitraria.
1540.
Car. V. Imp.

PRAGMATICA III.

Ex §. 13. in prag. C. V. anno 1540.

MAndamus etiam, quod neque Locumtenens, neque Praesidentes, neque Rationales, aut aliquis alius ex Officialibus dictae R. C. in causis consanguineorum, conjunctorum suorum intervenire, aut relationem facere, votare, vel aliter quoquo modo interesse possint; sed ut causae praefatae sine ulla suspicione tractentur, terminenturque, Officiales omnes dictae Camerae penitus ab eis abstineant.

Officiales Camerae litibus se non immisceant conjunctorum.
Vide tit. de susp. Official.

1540.
Car. V. Imp.

PRAGMATICA IV.

Ex §. 13. prag. C. V. anno 1540.

VOlumus etiam, atque mandamus, quod Locumtenens dictae Regiae Camerae solus, & extra Bancam excipere oblationes, vel ut dicitur incanta, aliquasve alias actus in locationibus, sive affictibus vectigalium, gabellarum, aliorumque Regiorum directuum facere minime possit, sed omnia praefata in Banca una cum aliis, qui in eadem Banca interesse consueverunt, fiant, atque celebrentur.

Vectigalium venditiones fiant coram omnibus de Camera.

1540.
Car. V. Imp.

PRAGMATICA V.

CUm Regia Camera Summariae supremum quidem Tribunal totius Regalis patrimonii regimen, ac gubernaculum teneat, ibique causae omnes, Regium Fiscum tangentes, tum antiquarum, tum novarum sanctionum dispositione terminentur, eidemque, ut Regium patrimonium conservetur, justisque, & honestis augeatur modis, specialiter curae sit, Serenissimi, ac prudentissimi hujus Regni Aragonii Reges, & postremo Invictissimus Carolus Quintus Imperator memoriae immortalis pro ipsius iostitutione optimoque, recto, ac ordinato regimine plura pluribus, ac diversis temporibus sanxere suorum bonorum, introituumque Regalium conservationi sedulo propensi, ut emergentibus necessitatibus propriis bonis occurrerent; subditosque propterea ab oneribus relevarent, quandoqusdem dum optimi Reges a subditis, divino eis munere commissis, ad sua propria bona manus extendentes, onera excutiunt, illosque in pace, & tranquillitate conservant, ipsi in eorum quiete, & tranquillitate, quiescunt. Cum id etiam Nobis, qui

Datur modus Officialibus Reg. Cam. in negotiis Fisci tractandis, & quibus diebus illis sint vacaturi.

qui Sereniſſimi, ac Catholici Regis noſtri, in hoc Regno vices gerimus, per quam maxime cordi ſit, ad Tribunal illud inter cetera oculos vertentes, inſtructiones, ordines ac ſanctiones illas omnes percurri juſſimus, quarum aliquas eadem, aliquas diſſimilia, ac diverſa, aliquas contraria, continere compertum eſt. Quo fit ut earumdem omnium interpretatio, ac obſervantia etiam prudentiſſimis viris difficilis viſa ſit. Et quia Legislatoris eſt proprium, ſubditis judicia declarare, quae varia vetuſtate, diverſaque temporum obſervantia involvuntur, ut moderna, clara, certaque ſanctio diſponat, & ordinet, quod praeteriti temporis curſus inordinatum praetenditur reliquiſſe; neceſſarium duximus inſtructiones, ordines, ac ſanctiones illas omnes in hanc claram ſanctionem congerere, ſuperflua reſecantes, contraria ad concordiam redigentes, dubia declarantes, noviſque morbis novas medelas afferentes; ita ut ex praeſentis noſtrae diſpoſitionis inviolabili obſervantia nihil omiſſum appareat, & apte adminiſtrationi juſtitiae Regiae ſuorumque ſubditorum indemnitati hoc brevi compendio perfecte proſpectum eſſe videatur. Suſcepti enim oneris Nos cura ſollicitat, ut ſuae Catholicae Majeſtatis, ejuſque ſubditorum utilitatibus, nunc novorum editione ordinum, nunc antiquorum declaratione, ac innovatione, ſollicite providere curemus.

Diviſio dierum ad negotia tractanda, vide pag. 75. § 68. hoc tit.

2 In primis igitur *Statuimus, atque mandamus, quod Locumtenens Magni Camerarii Regni hujus Siciliae, Praeſidentes, & Rationales, aliique Officiales Regiae Camerae Summariae, qui ſunt, fuerintque pro tempore, die qualibet juridica in Camera Summariae adeſſe debeant mane, & veſpere, horis debitis; videlicet die qualibet, mane tribus horis, & ſero duabus horis ad negotia expediendum, negotiandum, & ea omnia agendum, quae opportuna fuerint, & neceſſaria pro R. C. Summariae ſervitio, & juſtitiae adminiſtratione.*

Dies Lunae Martis, Jovis, & Veneris.

3 *Et in die Lunae, Martis, Jovis, & Veneris, tam de mane, quam de ſero non agitentur, nec diſcutiantur alia negotia, niſi Fiſcum tangentia, ac principaliter attendant ad expeditionem, & liquidationem computorum, donec computa liquidata, & declarata fuerint, nec per aliquem dicantur dictis Locumtenenti, & Praeſidentibus nomine alicujus, aliqua alia negotia, nec petatur licentia per quemcumque aliquem, intromitti.*

Vide pra. 68. infra eod.

Dies Mercurii, & Saturni.

4 *Die vero Mercurii, & Sabbati Praeſidentes relationi, & expeditioni cauſarum, in quibus Fiſcus convenitur, & aliarum; in quibus aliquod Fiſci vertitur intereſſe per horarum diſtributionem, prout hactenus ſervari audivimus, diligenter incumbant. Quibus diebus de ſero in dicta Regia Camera convenire non teneantur, ut Commiſſarii in ſuis domibus Advocatos audire, ſuper incidentibus providere, & quae ibi expediri poſſunt, expedire valeant; ſed de mane per quatuor horas in eadem Regia Camera negotia praefata expedientes permanere debeant. Quae negotia dictis diebus ea cum diligentia expediri mandamus, ſicut aliis praedictis diebus fiſcalia negotia expediri juſſimus, quibus diebus ſi tempus ſupererit, poſſint etiam cauſae diſcuti, & decidi, ubi Fiſcus actor eſt, vel reus. Quod ſi aliquis ex Praeſidentibus ſtatutis horis in eadem Camera non venerit, vel aliter, quam ſupra fieri juſſimus, factum fuerit, vel in aliquo contraventum; id omne per Notatorem in notamentorum libro ſub noſtrae indignationis poenae, notetur, taliter complectentes, ac declarantes, quae ſtatuta fuere in primo Capitulo inſtructionum, ſeu Pragmaticarum Sereniſſimi Regis Friderici anno 1497. & in 2. Inſtructionum Invictiſſimi Caroli Imperatoris 1529. Quae quidem Capitula modo, quo ſupra, & non aliter obſervari jubemus. Quorum Capitulorum tenor talis erat.*

Vide pr. 61. § 13. & pr. 65. § 5. eod pr. 75. § 54. hoc tit.

Mane quatuor horis.

Vbi Fiſcus actor.

Poen. indign.

Vt inf. § 5.
Vt inf. § 7.

Tenor Cap. I. Inſtructionum Friderici Regis.

5 FRidericus Dei gratia Rex Siciliae, Hieruſalem, &c. Quae bene acta ſunt a Sereniſſimis Regibus praedeceſſoribus noſtris hujus Regni, laudamus, imitamurque libenter. Verum quia multa, & varia emergunt in dies, mutanturque per tempora, quae Reges, & Principes ad novos ritus, novaſque leges inſtituendas hortantur, & monent, eſt maxime conveniens, immo oportet ne dum ea, quae a noſtris praedeceſſoribus bene acta ſunt laudare, probareque, ſed pro communi beneficio, ac bene gerendis, dirigendiſque rebus noſtris novas condere leges, & inſtituere, eaſque veteribus, & antiquis optime inſtitutis adijcere; eſt enim maximae prudentiae ea adinvenire, & inſtituere, quae in commune beneficium, jurium noſtrorum conſervationem, ſine alterius injuria manifeſte ſint ceſſura, ob quam rem, cum rebus noſtris, ut optime dirigerentur, regerenturque, conſulendum neceſſario videretur, aliquos novos ritus, & ordinationes, praeter antiquas jam probatas, maturo conſilio pro Pragmatica, & edictali lege in hoc Regno, & Camera noſtra Summariae perpetuo obſervanda inſtituimus; ut in quibuſdam capitulis, ſubſcriptis ſuo ordine continetur.

Ordinationes, juſſa, & mandata Regiae Majeſtatis Sereniſſimi Domini Don Friderici de Aragona, Dei gratia Excellentiſſimi Regis Siciliae, Hieruſalem, &c. ſervanda in hoc Regno, & R. Camera Summariae.

6 PRimo, Locumtenens Magni Camerarii Regni hujus Siciliae, Praeſidentes, & Rationales Regiae Camerae Summariae, qui ſunt, fuerintque pro tempore, omnibus diebus negotiationis in Camera Summariae adeſſe debeant mane, & veſpere horis debitis in locis eorum, ad negotiandum, & ea omnia agendum, quae opportuna fuerint, & neceſſaria pro Regiae Curiae ſervitio. Idque Officialibus ipſis praedictum ſit, annotatumque

Officiales Camerae mane, & ſero accedant ad negotia Fiſci tractanda.
Vt § 2.

in

in Libro notamenti per Notatorem ipsius Camerae.

Tenor Cap. II. Instructionum Cesareae Majestatis.

Die Mercurii, & Saturni in Camera privatorum negotia tractentur, ceteris vero diebus fiscalia. Vt. 75. §. 54 hoc tit.

7 Item, ut negotia nostrae Curiae, & causae, in dicta Camera vertentes, quam celerius fieri poterit, expediantur, mandamus, quod Locumtenens, & Praesidentes, ac Rationales permaneant die qualibet juridica mane tribus horis, nisi ipsum Locumtenentem oportuerit interesse in dicto Collaterali Consilio, in quo volumus ipsum adesse, quoties videbitur expedire. Et in die Lunae, Martis, Jovis, & Veneris, tam de mane, quam de sero non agitentur, nec discutiantur alia negotia, nisi Fiscum tangentia, ac principaliter attendant ad expeditionem, & liquidationem computorum, nec dicantur per aliquem dicto Locumtenenti, & Praesidentibus, nomine alicujus aliqua alia negotia, nec petatur licentia per quemcumque, aliquem intromitti. Die vero Mercurii, & Sabbati intendant tam de mane, quam de sero, ad expediendum negotia privatarum, & particularium personarum, quae diligenter expediant, sicut aliis praefatis diebus negotia nostra mandamus expediri, & id tenaciter, ac diligenter observent, prout expedit celeri administrationi justitiae.

Declara., ut pag. 61. § 23. eod. & 68.

Aliter sup. § 4.

1530. Car. V. Imp.

PRAGMATICA VI.

Vt inf. § 2.

1 ATtendentes etiam perniciosissimi exempli censendum esse, Locumtenentis, & Praesidentium congregationem alibi fieri, quam in eadem Regia Camera, & alibi, quam in ea, eos negotia tractare, & decidere, firmiter hoc inhibendo; *Mandamus servari secundum Capitulum instructionum dicti Serenissimi Friderici Regis, non obstante eo, quod circa congregationem praefatam aliter dispositum fuerit in Capitulo primo Instructionum dicti Caroli Imperatoris, quod quidem usu receptum non fuit, prout Nos usu non recipi mandamus.*

Tenor praedicti Cap. II. Instructionum Friderici Regis.

Causae omnes decidantur in Tribunali per Officiales Camerae, & non alibi, vide pr. 75 § 62. 70. hoc tit.

2 *Item* ordinat, & jubet Regia Majestas, causas omnes decidendas, & terminandas, provisionesque alias faciendas pro Regia Curia ejusque servitio per Locumtenentem, & Praesidentes Camerae, terminari, decidi, & provideri debere in Banca ipsius Camerae, & non in alio loco, intra, vel extra Cameram, quodque ab ipsis Locumtenente, & Praesidentibus decisum, terminatum, provisumque fuerit, notari, scribi, seu notamentum fieri debeat per Notatorem deputatum in Camera in Libro notamentorum diligentissime, vel per Rationales Camerae, juxta ordinem, & stilum ipsius observatum.

PRAGMATICA VII.

Suffragia Rationalium.

QUia haesitari posset, quod Locumtenens in causarum decisionibus admittere possit Rationales ad votandum, vigore Cap. tertii Instructionum Friderici Regis, & secundi Instructionum Caes. Majestatis, quorum tenor hic sequitur.

Vt inf. §. 3.

Tenor Cap. III. Instructionum Friderici Regis.

2 Item mandat, & ordinat Regia Majestas, quod in causis decidendis debeant votare Praesidentes, & si opus exegerit, adhibeantur Rationales, & demum causae ipsae per Locumtenentem juxta vota praefatorum, & non aliter terminentur, & decidantur.

Rex Frider.

Tenor Cap. IV. Instructionum Caes. Majestatis.

3 Item volumus, & mandamus, quod in causis decidendis votare debeant Locumtenens, & Praesidentes; & si opus fuerit, possit Locumtenens adhibere Rationales, prout negotii, & causae merita exegerint, & juxta vota majoris partis concludere, & terminare, ac justitiam facere aequa lance, prout hactenus extitit consuetum.

Car. V. Imp.

4 Hoc quidem nec usu receptum fuisse dicimus, nec rectae administrationi justitiae convenire, sed longo usu, *Consuetum esse accepimus, Rationales computa, eis commissa referentes, dubia in Banca proponere, in quibus decidendis ejusdem Rationalis tantum referentis, & demum Praesidentium exquiri vota, & non aliorum, & secundum majoris partis sententiam dubia deciduntur, ac determinantur, quem usum, velut rectae administrationi justitiae convenientem, approbantes, decernimus, ac declaramus, praefata praeinserta Capitula secundum morem, ac usum praefatum intelligi debere: Ita quod quilibet Rationalis in dubiis, in computis sibi commissis, occurrentibus, votare habeat in Banca, post quem Praesidentes suo ordine votum declarent, & aliorum Rationalium vota non exquirantur, nec admittantur, sed si Locumtenenti, & Praesidentibus, ob aliquod dubium videretur se informari debere ab aliquibus Rationalibus, id fieri possit, non tamen eorum vota inter alios votantes computentur.*

* Suffragium exquiratur Rationalis tantum referentis, & dubia proponentis in causis sibi commissis.

Rationales tantum in computandis, & dubiorum declarationi vacent, ubi suffragium ferunt.

PRAGMATICA VIII.

QUando contigerit, Locumtenentem a dicto Regiae Camerae Tribunali absentem esse, quid agendum sit, provisum esse comperimus per Sereniss. Regem Fridericum in 4. Cap. suarum Instructionum, & per Caesaream Majestatem in 5. & 6. quorum tenor talis est.

Vt inf § 1. Vt inf. §. 3. & 4.

Car. V. Imp.

To-

Tenor Cap. IV. Instructionum Friderici Regis.

Locumtenente absente, possunt ceteri Praesidentes causas decidere, & durante longa absentia, alternatim per hebdomadam officium Locumtenentis exerceant. Vide pr. 11.

2 Item casu, quo Locumtenens non posset personaliter singulis diebus, & horis in dicta Camera adesse per indispositionem suae personae, aut propter alia negotia apud Regiam Majestatem, seu occupatus ad alia negotia, magis concernentia statum ejusdem Regise Majestatis, vel quacumque alia causa, *Ordinat, & mandat dicta Regia Majestas, quod omnes Praesidentes dictae Regiae Camerae simul existentes in Banca, vel casu, quo unus, vel aliquis ex eis non adesset in Banca, una cum aliis possit, & debeat absente dicto Locumtenente decidere, & terminare causas decidendae in Banca, non secus ac si adesset, praesensque esset idem Locumtenens, cui advenienti postea per Notatarem Camerae dari debeat notitia eorum, quae ab ipsis Praesidentibus fiat actitata, & provisa fuerint in absentia ipsius Locumtenentis, & casu praefato unus eu Praesidentibus exerceat officium Locumtenentis in ejus absentia, cum auctoritate subscribendi in provisionibus, & literis necessariis, quae a Regia Camera emanaverint, easque libera auctoritate signandi, habeantque, & obtineant provisiones, & literae ipsae vim, & vigorem plenissimum, & si vero absentia ipsius Locumtenentis esset per dies multos, aut per mensem vel per hebdomadas, liceat uni ex eisdem Praesidentibus alternatim per hebdomadam officium Locumtenentis exercere, causasque omnes emergentes in Banca terminare, & decidere, absentia dicti Locumtenentis non obstante, sententiis duntaxat definitivis exceptis, quae nullo pacto celebrari, aut fieri possint, absque praesentia Locumtenentis.*

Vide §. 4. & 5. seq. Rex Frideric.

Tenor Cap. V. Instructionum Caesareae Majestatis.

3 *Item* mandamus, ut die juridica dictae Camerae, qua Locumtenens personaliter singulis horis statutis in dicta Camera adesse non posset, aliqua de causa, praesertim quia oporteret interesse in Cons. Collaterali, Praesidentes ejusdem Camerae omnibus horis deputatis adesse debeant in Banca, & omnes, aut pro majori parte simul existentes in ipsa Banca possint, & debeant in absentia dicti Locumtenentis referre, & conferre, ac votare, de quibus ante decisionem fiat relatio ipsi Locumtenenti, ut possit, quae sibi occurrent pro recta administratione justitiae, & pro bono statu, & servitio nostro cum dictis Praesidentibus conferre, sine mora, & dilatione, taliter, quod justitia non retardetur, nec impediatur.

Car. V. Imp.

Tenor Cap. VI. Instructionum Caesareae Majestatis.

4 *Item* Mandamus, quod, si aliquando contigerit Locumtenentem abesse a Civitate Neap. ubi Camera regitur, ultra dies octo, tunc unus ex Praesidentibus dictae Camerae alternatim per hebdomadam officium Locumtenentis, ejus absentia perdurante, debeat exercere, cum facultate, & auctoritate se subscribendi in provisionibus, mandatis, literis executorialibus, privilegiis, & aliis necessariis, quae a Regia Curia Neap. existente, seu a Camera, emanaverint, & cum plena auctoritate eas signandi, quae habeant, & obtineant vim, robur, locum, & effectum plenissimum in judiciis, & extra, ac si cum Locumtenentis subscriptione expeditae, & expedita essent, definitivis sententiis duntaxat exceptis, quae nullo pacto publicari possint absque ipsius Locumtenentis praesentia, nisi ejusdem Locumtenentis absentia duraverit ultra quindecim dies, vel nisi res de sua natura exegerit celeritatem, aut sine incommodo, vel scandalo differri non posset. Vide §. seq.

5 Quas quidem instructiones servari jussimus: hoc tantum declarantes, aut corrigentes, quod in definitivis sententiis promulgandis, quae absente Locumtenente praedicto per Praesidentes votatae fuerint, servetur omnino Illustr. quondam Don Petri a Toleto tunc hujus Regni Viceregis Pragmatica disponens, sententiam votata causa infra viginti quatuor horarum spatium publicari debere, Locumtenentis absentia non obstante; *remotis ambiguis impedimentis, quae oriri poterant ex contentis in praeinsertis 5. & 6. Capitulis Instructionum ejusdem Caroli Imperatoris, cujus quidem Pragmaticae tenor talis est.*

Vt inf. §. 6. Car. V. Imp.

Tenor Pragmaticae Illust. Proregis talis est.

6 CArolus Quintus, &c. Considerando Noi, che compie al servizio della Cesarea Maestà, ed alla buona amministrazione della Giustizia, e per evitare alcuni inconvenienti, acciocchè tutte le cause, le quali si agitano in qualsivoglia Regio Tribunale, *& signanter* in cotesto Tribunale, si abbiano da spedire con ogni diligenza, e senza dilazione, per tenor di questo nostro ordine vi " Diciamo, ed ordiniamo, che in tutte „ le cause, che in cotesto Tribunale occorrono, votate che saranno un dì, l'altro „ giorno seguente le dobbiate sentenziare „ senza dilazione, ed intervallo, e così eseguirete, e non altrimenti, perchè, come „ s'è detto, così compie al servizio, e volontà di Sua Maestà, non facendo altrimenti per quanto desiderate servire, ed ubbidire a Sua Maestà. *Datum in Civitate Neapoli die* 24. *Novemb.* 1537. *Post datum*, „ Quando il detto dì seguente fosse feriato, „ lo riserverete per lo primo de' negozj ". *Dat. ut supra D. Pedro de Toledo. Vid. de Collo Reg. Vid. Figueroa Reg. Vid. Loffredus Reg. Martyranus Secretarius.*

Post lata suffragia die sequenti proferatur sententia.

24. Nov. 1537. D. Pedro de Toleto.

PRAGMATICA IX.

Non fiat compositio per modum transactionis in interdictis ultra centum 500 nisi Vicerege consulto.

ITem statuimus, mandamus, & declaramus per dictam Regiam Cameram compositiones, etiam per viam transactionis, fieri non posse, quando poena, vel interceptum excederet summam ducatorum quingentorum, nisi facta prius relatione Illi. Viceregi, qui pro tempore fuerit, in Collaterali Consilio.

PRAGMATICA X.

Administratores pecuniarum reddant rationem.

ET quamvis rationabiliter credamus, neminem pecuniarum Administratorem ita morosum fuisse, ut hucusque suae villicationis rationem non reddiderit; attamen, ut omnia prudenter provisa sint; *Volumus, atque jubemus servari sextum Capitulum Instructionum Friderici Regis, & decimum Instructionum Caroli Imperatoris continentiae subsequentis.*

Vt inf. §. 2

Vt inf. §. 3.

Tenor Cap. VI. Instructionum Feiderici Regis.

Non reddens rationem suspendatur ab officio.

2 *Item* Administrator pecuniarum, & rerum aliarum quarumvis Regiae Curiae, quisquis fuerit, qui pro tempore praeterito computa suae administrationis non produxerit, reddiderit, nec liquidaverit in Camera Summariae, per eandem ad literas suas, statim sine dilatione cogatur, & compellatur ad praesentandum dicta computa, & de eis reddendum debitam rationem in Camera infra terminum statuendum per dictam Cameram, & eidem bene visum; qui quidem Administrator si contradixerit, aut dicto audiens non fuerit, modo justa, & honesta causa non adfuerit, elapso termino, eidem Administratori indicto, ab officio suspendatur, & amoveatur, amoverique, & suspendi, poenaque eidem Administratori indicta, ac declarata per dictam Cameram, irremissibiliter exigi debeat, de quibus omnibus per Cameram certior reddi debeat dicta Regia Majestas, ut certiorata de idoneo, & sufficienti Administratore ad officium sui exercitii valeat providere.

Vide §. 3. sequent.

Rex Frideric.

Tenor Cap. X. Instructionum Caroli V. Imperatoris.

3 *Item* Admioistratores pecuniarum, & rerum aliarum quarumvis nostrae Curiae, cujuscumque status, gradus, & dignitatis extiterint, & quivis fuerint, qui pro tempore praeterito computa suae Administrationis non produxerint, reddiderint, seu liquidaverint in eadem Camera, per eandem Cameram ad suas literas statim sine dilatione cogantur, & compellantur ad dicta computa praestanda, ut de eorum administratione, ac perceptis, habitis, solutis, traditis, assignatis, expensis, & restitutis, ac liberatis, debitam rationem in dicta Camera reddant infra terminum congruum, per eandem statuendum, & eidem bene visum; qui quidem Administratores, si contradixerint, aut non obediverint, si modo justa, & honesta causa non adfuerit, elapso termino praedicto, ab officiis eorum suspendantur, & suspendi volumus, nec non, poenam per dictam Cameram declarandam irremissibiliter exigi; & certior statim reddi debeat per eamdem Cameram nostra Majestas, ut de idoneo, & sufficienti viro ad dicti officii exercitium valeat providere.

Poen. susp. & alia declar.

Car. V. Imp.

PRAGMATICA XI.

EXpedire cognovimus bonae, ac celeri justitiae administrationi *decimum tertium Capitulum dicti Friderici Regis Instructionum*, ideo *illud servari jubemus, & hic inseri mandamus.*

Vt inf. §. 2.

Car. V. Imp.

Tenor Cap. XIII. Instructionum Friderici Regis.

Hebdomadarii Praesidentes in rescriptis, Locumtenente absente, possint se subscribere vice illius.

2 Item, quia pluries evenit, Locumtenentem non adesse personaliter in Banca in dicta Camera; propter quam absentiam Rationales, & Scribae dictae Regiae Camerae Summariae expediri, & signari facere non valent provisiones, & literas necessarias pro Regio servitio; *Ordinat, & mandat dicta Regia Majestas, quod Praesidentes dictae Camerae, qui aderint, & praesentes fuerint in Banca, possint, & valeant auctoritate, & vigore praesentis Capituli, nullo alio a Regia Majestate expectato mandato, signare dictas provisiones, & literas, in eisdemque manus apponere, & se subscribere, vice, & loco Magni Camerarii, prout antiquitus extitit observatum in dicta Camera, & non obstante quod in praesenti non sit in observantia, quam subscriptionem, ut praedicitur, faciat, & facere possit, & valeat ille ex Praesidentibus, qui tunc fuerit hebdomadarius in absentia dicti Locumtenentis.*

Rex Frideric.

PRAGMATICA XII.

Causae spectantes ad C.S. Vide pra. 61. 62.

NEmn est, qui nesciat principale onus, cui Locumtenens, & Praesidentes Regiae Camerae incumbere debent, esse in computorum solerti examinatione, ac ceterorum negotiorum, quae Regium patrimonium tangunt, expeditione, ideo omnino *Servari jubemus decimumquartum Capitulum Instructionum dicti Serenissimi Regis, ac 26. Caroli Imperatoris, quae ita inviolabiliter observent, quod nullo quaesito colore causae quae Fisci interesse non tangant, in eadem Regia Camera tractari possint.*

Vt inf. §. 2.

Vt inf. §. 3.

Tenor Cap. XV. Instructionum Friderici Regis.

C.S. cognoscat de causis Fiscum tangentibus.

1 Item, ut Regia Camera Summariae commodius, & majori diligentia vacare, & attendere possit circa examinationem computorum Regiae Curiae, & negotiorum ejus,

Ordi-

Ordinat, & jubet dicta Regia Majestas, Cameram ipsam Summariae ejusque Officiales non posse, nec debere cognoscere causas inter privatas personas, sed inter Fiscum, & privatas personas duntaxat, & in causis spectantibus, & pertinentibus ad eamdem Cameram Summariae, juxta Ritum illius jam observatum.

Vide pr. 61. inf. eod.

Rex Frid.

Tenor Cap. XXVI. Instructionum Caroli V. Imperatoris.

Fiscus laudatus petat remissionem ad S. C. S. Vide pr. 2. 4.

1 Item cum de jure Fiscus, laudatus in judicio, aut comparens pro interesse Curiae in causis coeptis tam in nostro Regali Consilio Sanctae Clarae, quam in aliis quibusvis Tribunalibus, & Magistratibus Regni, majoribus, seu minoribus, hactenus obtinuerit, quod tales causae remittantur ad dictam Cameram, ad quam spectat tanquam proprium Judicem rerum Fiscalium, & in qua prae ceteris Magistratibus habetur plena notitia de juribus nostri Fisci; & nuper fuerit, sicut accepimus, dubitatum: an quoties dictum Consilium Sanctae Clarae, aut illius Judex cognoscit, seu procedit inter partes privatas ex nostro rescripto, aut speciali mandato, & commissione, seu memoriali mandato, ac delegatione nulla facta meotione de Fisco, Fiscus ipse laudatus in jus vocatus, aut comparens pro interesse nostrae Curiae in eadem causa, debeat causa ipsa, Fisco petente, & id requirente ad dictam Cameram remitti; hanc dubitationem tollentes, *Decernimus, & declaramus, hujusmodi litem, seu lites, & causas quantumcunque specialiter quoad privatos nostro rescripto commissas, & delegatas expressam tamen de Fisco mentionem non facientes, pariter debere remitti ad ipsam Cameram, sicut remittuntur aliae causae pendentes, de quibus dictum Consilium, aut alius Magistratus ordinario jure cognoscit; nisi specialiter in rescriptis, aut memorialibus nostris fiat mentio de Fisco, & praesenti ordinationi fuerit expresse derogatum.*

Car. V. Imp.

PRAGMATICA XIII.

Vide pr. 61. inf. eod.

ET quia audivimus, tam Serenissimis Regibus, quam Illustr. Viceregibus semper cordi fuisse in dicta Regia Camera non alia negotia ventilari, quam ea, quae Regium Patrimonium tangunt, & ob id pro praedictarum Pragmaticarum, & instructionum observatione emanatas fuisse *Provisiones sub hujusmodi sequenti serie, ideo illas omnino servari jubemus, atque mandamus; hoc tamen declarato, quod computa relata, & declarata, & liquidata sint infra tempus, inferius assignandum.*

Tenor dictarum Provisionum talis est.

Causae Regium Fiscum tangentes, una cum emergentibus tractentur in Regia Camera.

CArolus Quintus, &c. Perchè la Maestà Cesarea, ci ha mandato, che ordiniamo, che cotesta Regia Camera abbia da attendere alla visione, e determinazione de' Computi de' Regj Amministratori pecuniarj, e nelle cause del suo Regio Patrimonio, e che non s'intrometta in causa di privati, e particolari; Per questo vi " Ordiniamo, e
„ comandiamo, che per cotesta Regia Came-
„ ra della Sommaria s'abbia da attendere al-
„ la spedizione de' conti, e cause del Regio
„ Fisco, e non trattenersi per attendere alle
„ cause de' particolari, alle quali si può sup-
„ plire per gli altri Regj Tribunali; per que-
„ sto vogliamo, e colla presente vi diciamo,
„ ed ordiniamo, che tutte le cause, che so-
„ no, e vertono in cotesta Regia Camera
„ tra privati, e particolari, dobbiate rimetter-
„ le al Sacro Regio Consiglio di Santa Chiara,
„ e 'l simile offerverete nelle cause movende; e
„ vogliamo, che cotesta Regia Camera, al-
„ la quale principalmente spetta la conserva-
„ zione del Regio Patrimonio, e nella qua-
„ le la Maestà Cesarea tiene molta confiden-
„ za, com' è ragione, conosca tutte le cau-
„ se spettanti alla Regia Corte, che sono,
„ e saranno tra il Regio Fisco, ed altra par-
„ te, e che ancora quelle cause, nelle quali (Causae spectantes ad R. C. S.)
„ il Regio Fisco fosse obbligato *expresse de*
„ *evictione*, l'interesse del quale chiaramen-
„ te si verte, si veggano, e determinino in
„ cotesta Regia Camera ". E perchè nelle (Vt praedicta pr. 61.)
investiture de' feudi si verte l'interesse del Regio Fisco, ed in essi si ha da aver notizia de' Privilegj, e di altri titoli, e della fedeltà del Barone, e Feudatario defunto, e del successore, il quale in cotesta Camera denuncia la morte del suo predecessore, e si ha da dichiarare la quantità del Rilevio;
„ Vogliamo ancora, che per cotesta R. C,
„ si veggano, e determinino, come per l'ad-
„ dietro si è costumato; E più vogliamo,
„ che se in alcuna di dette cause, *ut supra*,
„ conoscendo per detta Camera, emergesse,
„ o *incidenter* occorresse alcun' altra cosa, quel-
„ la per cotesta Regia Camera s'abbia a giu-
„ dicare per non dividere la continenza del-
„ la causa. E quando fosse offesa la Came-
„ ra, ch' è tanto supremo Tribunale, quel-
„ la non abbia a rimetterlo ad altro Tribu-
„ nale, nè aspettare il rimedio; e quanto
„ alle cause degli Officiali di cotesta Came-
„ ra, ed altri Amministratori dipendenti da
„ essa, i quali pretendono le cause proprie
„ doversi vedere per cotesta Camera, e ad
„ essa doversi rimettere, vi ordiniamo, che
„ ci avvisiate delle pendenti, *& suo tempo-*
„ *re* delle movende, perchè in ciascuna di
„ esse manderemo, dove s'avrà da litigare";
E perchè i negozj del Regio Patrimonio sono molti, e grandi, e ciaschedun anno si rinnovano, ed è spediente della Corte, e servizio della Maestà Cesarea, che non s'inculchino, ma, che in fine di ciaschedun anno sieno spediti i conti di quell'anno, e non resti a vedersi in un anno cosa dell'altro passato; acciocchè possiate usar la diligenza dovuta, " Vi ordiniamo, che da ora in avan-
„ ti, non guardiate in cotesta Camera altre (Dies festivi, & feriae servandae.)
„ feste, nè ferie, se non quelle, che sta
„ ordinato, che guardi, ed osservi il detto
„ Sa-

„ Sacro Consiglio “ . E perchè la volontà della Maestà Cesarea è , cha cotesta Regia Camera si tegga colla dovuta autorità , e riverenza di tutt' i sudditi di S. M. in questo Regno ; “ Vogliamo , e così ordiniamo al „ Magnifico Reggente della Gran Corte della „ Vicaria, Udienze del Regno , e Capitani „ di Guardia di questa Magnifica , e Fedelissima Città , che circa l' esecuzione delle cose . per cotesta Regia Camera determinate , ed ordinate io tutto quello , che „ spetta al vostro Officio, come di sopra s'è „ ordinato , vi assistano , e prestino il loro „ braccio , acciocchè cotesto Tribunale in „ tutte le cose di sua amministrazione , e „ giurisdizione abbia l' intera , e dovuta ubbidienza , siccome per antico ordine de' „ Serenissimi Re di questo Regno predecessori di S. M. e per lo Serenissimo Re Cattolico d' immortal memoria , e per essa „ Cesarea Maestà sta ordinato. che tal' è nostra volontà “. *Dat. in Castra Novo Neap. die 22. Januar. 1533. D. Pedro de Toleto . Vid. de Calle Reg. Vid. Loffred. Reg. Vid. Muscettula Reg. Vid. Figueroa Reg. Bernardinus Martyranus Secretar.*

M. C. V. & Justitiarii , & alii Judices in rebus spectantibus ad R.C. S auxilium praestent , & laveant .

22. Jan. 1533. D Pedro de Toleto.

PRAGMATICA XIV.

Appellationes criminales a Curia Artis serici recipiantur in M. C. & non in R.Cam. civiles ad alia Tribunalia , praeter de rebus male per actis in dicta Cur. de quibus cognoscat Camera.

MAndamus insuper , praedicta consideratione moti , servari ordinem , alias expeditum anno 1547. circa appellationes , quas in criminalibus causis a Curia Artis Serici ad eandem Regiam Cameram interponi solitum erat . Addentes appellationes etiam in civilibus causis a dicta Curia interponendis , minime de cetero in dicta Regia Camera introduci , sed appellationes alia adire Tribunalia , exceptis tamen illis causis , in quibus de male commissis, vel non bene peractis in arte praedicta tractaratur , quas per eandem Regiam Cameram , prout hactenus servatum est , cognosci volumus.

Tenor dicti Ordinis talis est.

CArolus Quintus Romanorum Imperator semper Augustus , Rex Germaniae,&c. Avendo per esperienza conosciuto , che molto meglio si veggono,e trattano le cause criminali nella Gran Corte della Vicaria , che in altro Tribunale ; per questo “ Vogliamo, „ che l'appellazioni delle cause criminali del„ l'Arte della Seta vadano al detto Tribu„ nale della Gran Corte, ed in quello s' ab„ biano da trattare , e determinare ; e vi „ diciamo , ed ordiniamo , che da qua in „ avanti , non vi abbiate da intromettere , „ nè impacciare in dette appellazioni di cau„ se criminali dell' Arte predetta della Seta; „ ma le lascerete conoscere , e trattare in „ detta G. C. dalla Vicaria , e così eseguirete , che tal' è nostra volontà; non facen„ do altrimenti , per quanto amate la gra„ zia , e servizio della prefata Maestà “ . *Datum Puteolis die 21. Febr. 1547. D. Pedro de Toleto . Vidit de Colle Reg. Vid. Loffredus Reg. Vidit Martialis Reg. Martyranus Secretarius .*

21.Febr.1547. D. Pedro de Toleto .

PRAGMATICA XV.

CUmque multoties acciderit , ad nostras aures pervenire querelas Universitatum , rationem eis reddi appetentium ab iis , qui earundem negotia , atque compendia administrarunt ; Nos ut facilis expeditio fiat , illarum petitiones Regiae Camerae committere consuevimus ; sed hominum malitia ministrante, compertum est , in dictorum computorum liquidatione , ac successiva executione nonnullas oriri altercatiooes ; quae si omnes communicato examine Locumtenentis, & Praesidentium expediri deberent, non parum temporis, Tribunalium dietam , a principali divertendo instituto , consumerent ; Ideo Universitatibus praedictis in praesenti casu consulentes , & huic malo obviantes , *Statuimus, cum praedicta evenerint , posse illum Praesidentem , cui causa commissa fuerit , nomine Regio terminare , & ad executionem procedere habita a Rationali in his , quae computa discussionem requirunt , relatione ; nisi ob importantiam , ac difficultatem emergentis dubii aliter videretur , & hoc tam in pendentibus , quam in futuris negotiis servari mandamus.*

Controversiae rationum administrantium pecuniam Universitatum possunt dirimi ab uno ex Praesidentibus R. Cam. habita relatione a Rationalibus.

PRAGMATICA XVI.

VOlumus etiam servari decimum septimum Capitulum instructiooum dicti Friderici Regis tenoris sequentis:

Item mandat Regia Majestas , quod in causis, in quibus tangitur interesse Regii Fisci , non possit aliquo modo procedi , non requisito Advocato , seu Procuratore Regii Fisci , in quibus causis idem Advocatus , seu Patronus Regii Fisci semel , bis , & iterum audiri debeat.

In causis Fiscum tangentibus , audiatur Fiscus.

Fiscus pluries audiatur.

Frid. Rex.

PRAGMATICA XVII.

SErvandas etiam esse volumus , atque mandamus Instructiones dicti Serenissimi Regis in decimonono , ac vigesimo Capitulis earumdem Instructionum notatas , hac sub serie. Vt inf. §. 2.

Tenor Cap. XIX. Instructionum Friderici Regis.

2 *Item* vetat , & prohibet omnino Regia Majestas , homines , & Officiales quoscumque dictae Regiae Camerae Summariae posse, aut debere exercere mercaturam , aut industriam aliquam , aut participare , seu partem aliquam habere , & percipere in arrendamentis , negotiarinnibus , seu partitis faciendis cum Regia Curia, directe, nec indirecte cum Administratoribus pecuniarum Regiae Curiae, aut

Officiales Camerae mercaturam non exerceant.

Vide pr. 66. inf. eod. & pr. 95. §. 43. 77. 207.

aut aliquo ipforum fub poena, & ad poenam privationis eorum officiorum, & alia graviori, refervata ad arbitrium Regiae Majeftatis.

Rex Frid.

Tenor Cap. XX.

3 *Item pari modo eadem Regia Majeftas* Prohibet, & vetat, Praefidentes, & Rationales dictae Camerae Summariae poffe, aut debere capere pretium, donum, aut folutionem aliquam pro caufis, & computia examinandis, & difcutiendis per Bancam dictae Camerae, fub poena, & ad poenam privationis eorum officiorum, & alia graviori refervata arbitrio dictae Regiae Majeftatis.

Pom. eod.

Rex Frid.

PRAGMATICA XVIII.

Officiales Camerae diligenter incumbant determinationi caufarum, & liquidationes adohacum; & releviorum fiant per Rationales.

D*Eclarandum duximus* tertium Capitulum Inftructlnnum dicti gloriofiffimi Imperatoris, *cujus verba haec funt:*

Item mandamus, quod Lorumtenens fimul cum Praefidentibua, diligenter attendant in recognofcendis informationibus, & proceffibus, undique provenientibus, agitatis, & pendentibua in dicta Camera indecifis, & aliis omnibus, quas, & quos de novn capi, feu agitari, vel tranfmitti, aut devnlvi contigerit in dicta Camera, ipfafque informationes, & proceffus pro faciliori expeditione committat ipfis Praefidentibus, & Ratinnalibus, quibus convenit, aequaliter inter eos dividendo, ut referant eerta die per ipfum ftatuenda; Et in relatinne unufquifque per ordinem habeat diem fuum ficque decidenda decidant, & providenda provideant, ut omnia fine debito terminentur.

Rationales cognofcant acta relevii, & Rationum.

Et quoad eommiffiones informatinnum faciendas Rationalibus, intelligatur de illis informationibus, quae pro releviorum, five adhoarum liquidatinne captae funt, aut ex computnrum difcuffione capiuntur; quae quidem Ratinnalibus committi poffint, & cum tali declaratione dictum Capitulum fervari mendamus.

PRAGMATICA XIX.

Vt inf.

S*Tatuimus* etiam earundem Caroli Imperatoris Inftructionum haee fervari Capitula, quartum, videlicet, octavum, nonum, decimumnonum, vigefimumprimum, vigefimumtertium, vigefimumquartum, & vigefimumquintum. Hoc addentes circa decimumnonum Capitulum, quod in praefentatis, quae de cetero fient fcripturarum, ceterarumque petitionum, ultra diem praefentationia earumdem, nomen atque cognomen praefentantis apponantur.

In exhibitione fcripturarum fcribatur dies, nomen, & cognomen exhibentis.

Tenor Cap. IV. Inftructionum Caroli V. Imperatoris.

2 Similiter praecipimus affignari Rationalibus, ipfis prius auditis, diem certam, in qua eorum quilibet debeat unumquodque computum, eis commiffum, in Banca referre, dummodn terminum, infra per Nos praefigendum ad ipforum computnrum expeditionem non excedat; quem praeterire non liceat, ut fic diligentius curent ipforum computorum expeditionem perficere.

Affignetur dies certa Rationalib. in referendis ratiociniis. Concord. pr. 75. §. 52.

Tenor Cap. VIII.

3 *Item* ordinamus, & mandamus, quod in Camera refidentiae Locumtenentis, & Praefidentium oulli liceat ingredi fine ipforum Locumtenentia, & Praefidentium licentia, tempore, quo Camera tribunaliter per eos regitur, oe impediantur negotia noftrae Camerae.

Quando pro Tribunali fedent, nullus accedat.

Tenor Cap. IX.

4 *Item* mandamus, quod computa Officialium, & Miniftrorum noftrae Curiae, quae exhibeotur in Camera, committantur per Locumtenentem in Banca dictae Camerae Rationalibus, & non alibi, quod de eis, & eorum commiffione, & affignatione facienda fiat notamentum per Notatorem, prout fieri confuetum eft; necnoo per Magiftrum actorum dictae Camerae in regefto feparato, prout hactenus confuevit, ut de praefentatione, commiffione, & affignatione ipfnrum babeatur certa notitia. Qui Nntator, & Magifter actorum, necnon Fifci Procurator teneantur, & debeant fingnlis diebus certiorem facere Locumtenentem, & Praefidentem de computis, quae fortaffe in termino, infra ftatuto, per Miniftros non fuerint praefentata, ut debite prnvideatur idemnitati noftrae R. C. nec defiftant, donec fuerit provifum.

Ratiocinia committantur in Tribunali, & referantur in libro per Actuarium.

Fifci Procurator.

Tenor Cap. XIX.

5 *Item* mandamus, quod Magifter Actorum, & Scribae ordinarii dictae Camerae debeant ordinare, & compilare proceffus, fabricandos in eadem Camera. Ita tamen, quod dicti proceffus committantur aequaliter, ut omnes ex dictis Scribis participent, tam de lucro, quam de nnere. Et poftquam proceffus fuerint conclufi, debeant confignari dicto Actorum Magiftro, qui illos fideliter, & diligenter debeaot confervare. Et fi quid emolumenti exinde evenerit, quod ad Scribam, qui proceffum conficit, de confuetudioe, & ftilo dictae Camerae pertineat, praefatus Magifter actnrum diligenter procuret, quod ad ipfum Scribam perveniat, dnnec in fervitiis Camerae perfeveraverit, & non aliter.

Compilentur acta, & facta conclufione dentur actorum Magiftro.

Tenor

Tenor Cap. XXI.

Arctetur numerus Scribarum, pr. 75 & §. 59. hoc tit. pr. 11. § 31. de Official.

6 *Item* mandamus, quod Scribae dictae Camerae ad arbitrium Ill. Viceregis, & dicti Locumtenentis reducatur ad certum numerum, ut habilius exinde vivere possit, ac evitentur inconvenientia, quae multitudo saepe parere solet, ne multitudo generet confusionem; de quibus volumus eligi per Illust. Viceregem nostrum cum consilio Locumtenentis Rationalem in locum eorum, quos deinceps vacare cootigerit.

Tenor Cap. XXIII.

Scripturae Camerae non ostendantur alicui absque permissu Locumtenentis.

Concordat pr. 75. § 47. hoc tit. & § 152. & pr. 66. §. 2.

Poen. salarii, & priv. offic.

7 *Item* mandamus, quod nullus omnino Officialis, aut Minister dictae Camerae, seu alius quivis, & praesertim dicti Rationales, Magister actorum, & Scribae, & Conservator scripturarum, audeant, de scripturis dictae Regiae Camerae alicui aliquam ostendere, seu publicare, vel a dicta Regia Camera extrahere originalem, nec copiam quamcumque alicui dare absque dicti Locumtenentis, vel ejus, qui ejus vices gesserit licentia; cum conveniens non sit, quod scripturae Camerae praesentatae inconsulte publicentur, sub poena sui salarii, & privationis officii, arbitrio Majestatis nostrae.

Tenor Cap. XXIV.

Vacante offic. Praesidentis laici Viceréx tres nominet.

8 *Item* similiter mandamus, & ordinamus, quod quoties vacare cootigerit Praesidentes laicos dictae Camerae, Vicerex cum consilio Locumtenentis dictae Camerae, nominet tres, ex quibus Nos unum eligimus, cum id magis ob ipsorum Rationalium experientiam servitio nostro convenire videatur.

Tenor Cap. XXV.

Vacante officio Rationalium, Scribae idonei eligantur.

Idem in Scribis.

Car. V. Imp.

9 *Item* decernimus, & statuimus, quod quoties contigerit vacare officia Rationalium, sive per cessum, aut decessum, seu alio quovis modo, debeant talia officia conferri Scribis dictae Camerae idoneis, de numerariis scriptoribus actu servientibus in dicta Camera, ita quod loco unius Rationalis defuncti nominenfur tres ex dictis Scribis per Viceregem cum consilio Locumtenentis, exclusis aliis quibuscumque personis, ex quibus Nos unum eligere valeamus, & similiter decernimus, & observari volumus de officiis Scribarum ordinariorum, qui a nostra Curia salarium io dicta Camera recipiunt, ut succedente casu vacationis, debeant modo praefato conferri aliis Scribis idoneis, actu servientibus, & de oumerariis dictae Camerae, & non aliis.

PRAGMATICA XX.

Describantur acta, in quibus Fiscus est actor per Mag. Act. & liber detineatur per Fisci patronum.

Liber recognoscatur in Tribunali bis in mense.

Die Saturni fiat relatio.

Commissarius causae statum referat.

ADvertentes insuper, satis expedire rectae administrationi justitiae, ac Regio servitio, si causarum, in quibus Regius Fiscus sua jura prosequitur, semper ab his, quae oova perquisitione Cath. Regis, vel ejus pro tempore Viceregis pateat, illorumque cursus non quiescat, & debitum finem accipiant, quod vix fieri posse cognoscimus, si omnes in unum non annotentur; cum omnium tenere memoriam natura impossibile sit; *Statuimus, & maadamus, Librum omnino fieri per Magistrum actorum dictae Camerae, in qua causae omnes peudentes, in quibus Fiscus actoris vices substinet, ac pariter futurae, in quibus Fiscus aget, aanotari debeant, una cum aanotatione Commissariorum, quibus commissae fuut, ac Scribarum, seu Actuariorum, qui illas aguut, qui Liber per Fisci Advocatum caaservetur, & tam per eundem Fisci Advocatum, quam Procuratorem solerte, qua decet, solicitudine adhibita, percurratur; ut ad earundem causarum expeditionem, prout illarum qualitas, ac temporum opportunitas exegerint, pervenire possit; necessitate imminente actorum Magistro dictae Regiae Cameoae, quamprimum ipse auootaverit commissionem per Locumteaeutem faciendam, illam candem in Libro praefota trauscribendi; quem Librum bis in meuse in Bauca Regiae Camerae Locumteueute, & Praesidentibus, Advocato, & Procuratore Fisci assistentibus, visitari jubemus; ut inde videatur quid pro illarum expeditione fieri aporteat; & ut eadem uotitia semper per Locumteueatem babeatur, moadamus, similem Librum per Locumtenentem teneri, cujus Libri visitationem praefatam Fisci Advocatus diligenter procuret. Et quolibet meuse die Sabboti ultimi cujuslibet measis de statu dictarum causarum, & quid in eis provisum sit per Regiam Cameram Nobis fiat relatio: Et quilibet videlicet ex Commissariis statum causarum ei commissarum, Nobis referat.*

PRAGMATICA XXI.

Inquisitiones omnes deponantur in arca duabus clavibus clausa, & duo conficiantur libri.

ITem mandamus, omnes informationes, tam de ordine Regiae Camerae captas, quam capiendas, ae ad eandem quomodolibet transmittendas, in arca, ad id deputanda, reponi, sub duabus clavibus clausa quarum alteram Regii Fisci Advocatus, alteram vero Magister actorum retineat; quarum informationum duo conficiantur Libri, quorum uous sit penes Fisci Procuratorem, alter pariter per actorum Magistrum conservetur, quae, cum fuerint Praesidentibus commissae, in Libris praefatis annotentur, & cum super eia esse procedendum, fuerit decretum, tunc in Libro causarum, quem supra statuimus, annotentur, & in dictis Libris informationum annotetur nomen illius, qui in tali casu Scriba deputatus erit. Taliter declarantes Cap. 20. Instructionum Caroli V. Imp. in cete-

ris

ris autem omnibus praefatum Cap. 20. servari mandamus, quod est tenoris sequentis.

Tener Cap. XX. Instructionum Caroli V. Imperatoris.

In alio describatur numerus paginarum, & de quibus negotiis tractent cum nominibus, & cognominibus Scribarum.

Item mandamus, quod dictus Magister actorum in unoquoque processu concluso, sive agitato in Camera, sive devoluto per viam appellationis, debeant manu propria annotare numerum chartarum, in quibus consistit, & similiter in omnibus informationibus, tam de mandato Camerae captis, quam ex aliis Magistratibus Regni ad ipsam Cameram transmissis, & processus, ac informationes cum distinctione nominum, & cognominum, necnon causarum, super quibus sunt compilati recepti cum numero ipsarum chartarum describere, & annotare in regestn, seu quinternione separato; & quoties contigerit, per Locumtenentem committi Praesidentibus, aut Rationalibus, debeat in alio quinterno dies, in quo trasmittuntur, annotare, ac nomen, & cognomen illius Officialis, cui transmittuntur, necnon Nuncii, per quem asportantur, & similiter annotare diem restitutionis, & per quem fuerint restituti; ita quod dictus Magister actorum curam, & diligentiam adhibeat recuperandi, & conservandi omnes dictos processus, & informationes.

Delegationes in alio lib.

PRAGMATICA XXII.

Simpliciter notetur consensum apponat.

ITem Volumus, atque jubemus, Pragmaticam editam per Caesaream Majestatem anno 1540 circa subscriptionem Notatoris in consensu apponendo, ac Praesidentium in bilanciis, & consultis transmittendis, per eandem Regiam Cameram servari, hoc tantum innovato, quod tam si omnes ejusdem fuerint sententiae, quam si major pars in unam opinionem concordaverit, consensus simpliciter apponatur, prout hactenus servatum exstitit; non autem dicatur: consensu majoris partis, ne ex hoc partes unanimi sententia, vel difformi judicio votatas esse causas intelligant; sufficit enim votum cujuscumque in Libro notamentorum secreto, ut fieri consuevit, describi, & conservari, sed quod non unanimi sententia negotium decisum fuit in separato folio intus consultationes notentur particulariter vota, ne Regem, vel Proregem aliquid lateat, firma tamen illa remanente, quatenus disponit, bilancia, & consultationes, Regi, vel Proregi transmittendas a Locumtenente, & Praesidentibus subscribi debere, cujus tenor hic sequitur.

2 Insuper *praecipimus, & mandamus, &c.* ut supra pr. 1. §. 10. & 11.

PRAGMATICA XXIII.

INter cetera contenta in Pragmatica Caesareae Majestatis, edita die 10. Januarii 1540. adest Capitulum tenoris, qui sequitur, videlicet.

Procurator Fisci & notator non assistant in suffragiis ferendis. Prag. 1. §. 14. sup. eod.

Ac etiam pro custodia justitiae, ne vota pandantur, *Statuimus, ut nemo, nisi Locumtenens, & Praesidentes in Bancum intrent.*

Quam Pragmaticam declarantes, *Statuimus, ordinamus, ac declaramus Advocatum Fisci semper in Tribunali interesse debere, etiam quando causae discutiuntur, votantur, & decidantur; Procurator autem Fisci, & Notator quando causae votantur in Tribunali, praesentes esse non debeant, sed post causam votatam, Tribunal ingrediantur, juxta formam praeinsertae Regiae Pragmaticae, & vota notentur, & distincte scribantur, cum annotatione dicti per novissimum dictae Regiae Camerae Praesidentem Doctorem, & postmodum decisia facta, ut inde formari possit sententia, seu decretum, Notario tradatur, qui illam in notamentorum Libro notare habens, quinterno alio votorum novissimi Praesidentis Doctoris manu scriptorum penes Locumtenentem remanente, qui illum in arca sub clavi in Tribunali diligenter conservet.*

Fisci Patronus intersit.

Pr. 1. §. 14. sup. eod.

PRAGMATICA XXIV.

IDemque Invictissimus Carolus V. Imp. in eadem Pragmatica, formam, ac modum dedit expeditioni literarum, & provisionum, quae quotidie fiunt per dictam Regiam Cameram, his verbis, videlicet.

Rescripta, & literae transmittendae videantur a Praesidentibus in eorum domibus subscribanturque a Locumtenente, & Praesidente. Concordat pr. 61. § 24. hoc tit. correcta per pr. 75. §. 107. hoc tit.

2 *Literae vero expediantur in Banca, &c.* ut supra pr. 1. §. 12.

3 Et quia magistra rerum experientia docuit, omnes literas in Banca cum voto omnium Praesidentium expediri non oportere, nec fieri posse sine maximo negotiorum, praesertim Regii Fisci impedimento; *Propterea praefatam Pragmaticam declarantes, illamque ad uberiorem stilum, ac ordinem redigentes, Statuimus, decernimus, ac declaramus, ut praefatae literae, & provisiones omnes, quae quotidie per dictam Cameram fiunt de cetero videantur, & firmentur per Praesidentes dictae Regiae Cam. in eorum domibus, ubi commodius, & maturius illas considerare, & rimari poterunt, unusquisque videlicet ex Praesidentibus videat, & subscribat literas, & provisiones ad Provincias, & negotia sibi commissa spectantes, & pertinentes; postmodum vero per Locumtenentem similiter in ejus domo, & non in Banca videantur ea, qua convenit adhibita diligentia, & subscribantur, & demum per Secretarium seu Notatorem subscribantur, & in Libro notamentorum notentur; iis duntaxat exceptis, quae maximi essent momenti, & importantiae, vel quae maximam haberent difficultatem, vel quae celeritatem, praesertim pro Regii Fisci commodo, desiderarent, quae omnes in Banca discuti, ordinari, subscribi, & expediri decernimus, & mandamus.*

Excipiuntur literae magni momenti.

PRAGMATICA XXV.

Scripturae in Regia Camera detineantur.

MAndamus etiam praefatae Reg. Caes. Majestatis *Pragmaticam quoad conservationem, & inspectionem scripturarum per Praesidentes, & Rationales inviolabiliter observari, quae est tenoris, & continentiae subsequentis.*

2 *Quodque scripturae omnes conserventur, &c. ut supra pr. 1. §. 13.*

PRAGMATICA XXVI.

Dum causae referuntur, vel defenduntur per Advocatos ceteri sileant, ut singula intelligantur.

ITem statuimus, atque mandamus, Locumtenentem, Praesidentem, Advocatum, & Fisci Procuratorem, dum Camera regitur, attentissime negotiorum expeditioni incumbere, nil extraneum admiscentes, ut omnino horae, ad id deputatae, utiles dictae negotiorum expeditioni decurrant, & dum causae per aliquem Praesidentem referuntur, ceteri silentium inter se adeo praestent, quod causas a principio, usque ad finem intentissime intelligant. Id etiam servari jubemus dum Advocatorum propositiones, & allegationes auscultantur, non semetipsos impedientes in signandis provisionibus in Banca, nedum quando causae referuntur, Praesidentes ad invicem alter alterum interrumpat, & si cui a Commissario referente de aliqua facti qualitate certiorem reddi desiderium occurrit, id partibus absentibus, dum inter se causam discutiunt, adimplebunt, contrarium nullatenus attentaturi, hoc idem inviolabiliter observando, dum Fisci Patronus facta causarum dicit, easque perorat, dum computa discutiuntur, ceteraque negotia omnia tractantur.

Concordat pr. 13 de offic. S. R. C.

PRAGMATICA XXVII.

Locumtenens & Praesidentes signis vota non patefaciant.

ITem volumus, & mandamus, dum causae tractantur, Locumtenentem, & Praesidentes adeo circumspecte se gerere, ut antequam eis votandi locus detur, nec signis, nec verbis, in quam inclinent sententiam, patefaciant.

PRAGMATICA XXVIII.

Dentur exempla scripturarum necessaria Fisco, nulla postposita.

MAndamus etiam, ut dum pro Regio Fisco negotia ab ejus Advocato, seu Procuratore requiruntur, Spectabilis Scriba portionis ejus Officiales, & Magister Thesaurarius generalis, ac Rationales actorum Magister, & Notator Camerae Summariae ceterique illius Officiales pro copia scripturarum, seu partitarum, computorum, vel pro computis aliquibus faciendis, aut pro quavis alia causa, eorum officia tangente, statim summa cum diligentia id expleant, ne ex mora Fiscus jacturam aliquam patiatur.

PRAGMATICA XXIX.

PEr Instructiones dicti Serenissimi Friderici Regis, in septimo, & octavo Capitulis contentas, provisum extitit, Officiales, & Ministros Regiarum pecuniarum exactores in terminis, per Cameram praefigendis, cautelas non producentes pro computorum iucidatione, ac liquidatione, in partitis, in quibus cautelae non producentur; significari debere, juxta Camerae stilum; quod approbans invictissimus Carolus V. Imperator, praefatus idem in 12. & 16. suarum Instructionum Capitulis statuit; illo addito significatorias inde expedientes paratam executionem habere, & earumdem partitarum rationem haberi non debere, etiam ex cautelarum secuta productione, nisi in sequentis anni computo, ut ex dictis instructionibus apparet, quorum tenor talis est.

Ut inf. . 2. & 3.

Ut inf. §. 4 & 5.

Tenor Cap. VII. Instructionum Friderici Regis.

Ministri debent in termino praesentare cautelas computorum.

2 Item ne Ministri pecuniarum Regiae Curiae in praesentandis, ostendendisque computis rationum, & administrationum suarum dilationem aliquam committere, aut in longum protrahere valeant; *Regia Majestas mandat, dictos Ministros in terminis, eis dandis, & statuendis ad praesentationem eorum computorum, praesentare, & ostendere debere cautelas omnes pro verificatione computorum eorundem, per ipsos praesentandorum, infra terminum decem dierum, & non ultra; & caso, quo res majorem dilationem exigeret, & postularet, liceat, & licitum sit ad arbitrium Bancae, seu Locumtenentis, & Praesidentium Camerae prorogare dictum terminum, & longiorem dilationem, & si Banca, seu Camera, ut praemittitur, non provideret, aut in longum ipsam provisionem deduceret, tunc Notator, qui fuerit in Banca, sine mora Regiam Majestatem faciat certiorem, ut possit providere opportune.*

Tenor Cap. VIII. Ejusdem.

Rationales vacent expeditioni computorum §. 4.

3 *Item* quilibet Rationalium Camerae summo studio, & exactissima diligentia singulis diebus, & horis statutis, deputatis, & ordinatis per Cameram, vacare, & intendere debeat celeri expeditioni computorum contentorum, & declaratorum in folio cujuslibet ipsorum Rationalium, tam in accipiendis cautelis, quam in assumendis, & dandis dubiis. Quibus assumptis Rationalis, cujus intererit, dubia illa in Banca declarare, & nota facere teneatur, & debeat diligenter, ad hoc, ut Locumtenens, & Praesidentes facti certiores, concedere, statuereque terminum partibus valeant ad liquidandum, & liquidatum habendum; quo termino elapso, idem Rationalis absque mora, aut cunctatio-

nn

ne aliqua relationem faciat in Banca, vel de dubiis non liquidatis, vel quod is Rationalis de sufficienti liquidatione esset in dubio. Quibus intellectis, & declaratis, Locumtenens, & Praesidentes ad decisionem dubiorum eorùmdem, atque ad significatorias literas, juxta stilum Camerae, valeant procedere.

Tenor Cap. XII. Caroli V. Imperatoris Instructionum.

Vide pr. 75 §. 171. hoc tit.

4 *Item* mandamus Rationalibus dictae Camerae, & cuilibet ipsorum, quod summo studio, & exactissima diligentia singulis diebus, & horis statutis per eandem Cameram, vacare debeant circa celerem expeditionem computorum, tam in accipiendis cautelis, quas per se, & non per alios videant diligenter, & considerent, tam in assumendis, & dandis dubiis, quam in referendis in Banca ipsis computis, & cantelis, prout res exegerit. Ita quod statim assumptis dubiis sine mora, & dilatione, dubia ipsa in Banca nota facere, & declarare teneantur; omni mora postposita, ad hoc ut Locumtenens, & Praesidentes, facti certiores statuere valeant, si absque alia dilatione praetextu termini, supra in praecedenti Capitulo assignati, debeat procedi ad decisionem, vel ex causa legitima nova dilatio dari partibus ad respondendum, & liquidandum, & liquidatum habendum; & si fuerit data nova dilatio, ea elapsa, Rationalis, ad quem spectat, absque mora & dilatione aliqua, nulla expectata interpretatione, aut qualibet alia requisitione, relationem faciat in Banca de dubiis non liquidatis, ut ipsis intellectis, ad decisionem, & liquidationem eorumdem, juxta stilum Camerae, procedi valeat. Ita qund Rationalis ipse non desistat a continuatione dictorum dubiorum in Banca continuatis diebus, donec fuerint per dictum Locumtenentem, & Praesidentes de justitia sine debito decisa, & terminata; cum scire debeant ad onus officii ipsorum Rationalium spectare, taliter expeditionem computorum sollicitare, ne aliquid dubii remaneat, aut ipsorum dubiorum decisio in longum protrahatur, in grave damnum, & interesse nostrae Regiae Curiae.

Tenor Cap. XVI. Ejusdem.

5 Item *ne Administratores pecuniarum in damnum nostrae Curiae partitas nondum solutas ponant in exitu suorum computorum*; Mandamus, quod Rationales statim praesentatis, & assignatis computis, debeant recipere, & de iis propria manu facere Computanti listam, seu memoriale, & ante omnia debeant notare diligenter omnes partitas, in exitu positas, super quibus Administrator in promptu non producit cautelas, & illas notificare Locumtenenti, & Praesidentibus in Banca, omni mora, & dilatione postposita, qui diligenter, & sine dilatione debeant providere, si tales partitae sint rejiciendae, & significandae, an vere ipsis Administratoribus novus terminus ex aequitate dandus ad producendum sufficientes cautelas. Ita quod terminus, si cautelae ex natura rei gestae haberi poterunt in Civitate Neap. ubi residet Camera, numerum dierum quatuor non excedat, si vero haberi non poterunt in dicta Civitate per locorum distantiam arbitrio Locumtenentis, & Praesidentium statuatur; elapso vero termino, ipsis administratoribus cautelas sufficientes non praesentantibus, Rationales debeant delere partitas, & significatoriam expedire contra Administratorem, & si venerit post terminum cum cautelis, habeatur de eis ratio, quae de jure habenda erit, in computo sequentis anni.

6 *Et cum sic demonstrante experientia, fuisset Regio servitio expediens, pecuniariis Ministris, computa absque cautelis producentibus, terminos praefigi debere, per instructiones, Ministris jam dictis traditas, mandatum est, ut una simul cum computis cautelas omnes producere teneantur, ut latius in 18. & 33. Capitulis Instructionum Ministrorum praefatorum continetur; in unicam, & luculentam igitur consonanciam praefata omnia redigentes.* Statuimus, & mandamus, Thesaurarium generalem, Dohanerium, Dohanae menepecudum, Perceptores Provinciarum, Magistros Portulanos, caeterosque Ministros, & pecuniarum Regiarum Exactores, tam majores, quam minores, qualescumque fuerint, tam praesentes, quam futuros, debere in statutis terminis ad computorum praesentationem eorum computa, una, & simul cum cautelis omnibus pro ipsorum liquidatione necessariis, praesentare, sublata omni facultate Regiae Camerae terminum indulgendi ad illarum cautelarum productionem: cum nos auctoritate praesentis nostrae sanctionis pro peremptorio termino illud idem tempus assignemus, quod ad computorum productionem assignatum est, si tamen eodem instanti, quo computum praesentant, aliquod legitimum allegaverint impedimentum circa cautelarum productionem, Camera quod juri consonum prospiciet, decernat, atque provideat.

Quaestor Ærarii, Dohanerius Liminarchae, seu Magistri Portulani, perceptores, & exactores pecuniarum statutis terminis ratiocinia cum cautelis exhibeant. Aufertur potestas R. C. S. prorogandi terminum. Vide pr. 75. §. 7. hoc tit. & §. 29.

7 Declarantes etiam, quod si tempore productionis computorum per Magistros Portulanos, ut supra faciendae, non fuerit elapsus terminus, per eos tempore exactionis praefixus partibus ad responsalium productionem, valeant infra duos menses, a die, quo terminus praefatus fuerit elapsus, responsalia praefata producere; quem terminum etiam pro peremptorio assignamus, scituri Officiales jam dicti, quod si id facere non curaverint, pro deficientium cautelarum quantitatibus, significabuntur; quas significatorias paratam habere executionem, mandamus, neque illarum executio impediri possit modo aliquo, ut infra declarabitur.

Pr. 75. §. 98. hoc tit.

Significatoriae paratam habent executionem. Pr. 37.

PRAGMATICA XXX.

Quaestor, & perceptores rationes cum cautelis exhibeant, & dent syngrapha receptae pecuniae statim.

1 ET ut facilius praefata practicari, & observari possint; *Mandamus Pragmaticam Caes. Majestatis editam anno 1540. ad unguem, & inviolabiliter observari circa apodixas generali Thesaurario faciendas hujusmodi continentiae.*

2 Cumque praefata etiam contingere, &c. ut sup. pr. 1. §. 4.

Mercatores praesentes, vel absentes debent exhibere literas consignationis coram Quaestore intra tempus.

3 *Et ad tollendum excusationes, quas hactenus Perceptores, & ceteri pecuniarii Ministri allegare consueverunt, quod Mercatores, & alii, quibus per eos solvenda est pecunia, differunt literas consignationis ad Regiam Thesaurariam asportare, ob quod partitarum transcriptio impeditur;* Mandamus, quod Mercatores praefati, & alii Consignatarii, si fuerint ipsi, vel eorum procuratores, qui pecuniam recipiendi potestatem habent, praesentes in hac Civitate Neap. ad omnem Ministrorum pecuniarum, seu eorum Computantium, dum solvere volunt, instantiam, asportare, seu mittere habeant ad dictam generalem Thesaurariam literas consignationum earundem, ad hoc ut statim servata forma Pragmaticae praefatae, facto debito notamento, per quem spectat in ipsarum literarum dorso partita scribatur, & cautela conficiatur; alias eisdem Consignatariis imputetur, & per eos stare intelligatur, quominus solutio facta sit; si vero absentes fuerint a Civitate Neap. & eis ex pacto, seu conventione in Provinciis extra hanc Civitatem solutio fieri debeat, infra mensem post pecuniam receptam transmittere debeant cautelas necessarias in dicta Regia generali Thesauraria, ut annotatio, & transcriptio partitarum in dicta Regia generali Thesauraris, & debita cautela Ministris pecuniariis fieri possit.

PRAGMATICA XXXI.

Rei pecuniariae Ministri per totum mensem Octob. rationes cum cautelis in Camera exhibeant prag. 75. §. 106. hoc tit.

MAndamus etiam servari undecimum Capitulum Instructionum Caroli V. Imperatoris, hujus tenoris.

Tenor Cap. XI. Instructionum Caroli V. Imperatoris.

Item, ne Ministri pecuniarum nostrae Curiae in praesentandis, liquidandisque computis administrationis, & rationum ipsorum dilationem aliquam committere valeant; Mandamus dictos Ministros per totum mensem Octobris cujuslibet anni, praecise, & peremptorie in eadem Camera computa suarum administrationum cum omnibus, & singulis mandatis, apocis, cautelis, & scripturis pro eorum verificatione, & liquidatione praesentare debere, sub poena privationis eorum officiorum ad arbitrium nostrae Majestatis, nec non sub poena salarii ipsorum unius anni, a contraveniente irremisibiliter singulis vicibus exigenda per dictam Cameram; nostrum autem generalem Thesaurarium quolibet semestri, Dohanerium vero menepecudum per totum mensem Julii cujuslibet anni similiter eorum computa, mandata, & cautelas, & scripturas exhibere omnino decernimus, & mandamus, sub poenis praefatis.

Vide pr. 94. §. 3. infra eod.

Poen. priv. off. & salarii annalis.

Quaestor quolibet semestri. Dohanerius Apuleae in mense Julii.

Poen. ead.

PRAMGATICA XXXII.

Quaestor cum ratiociniis exhibeat schedulas Proregis.

JUbemus, etiam Thesaurarium generalem in productione computorum, per eum praesentandorum, una, & simul cum ipsis computis praesentare debere apodixas particulares, per Nos expediendas, pro solutione, per eum facienda, juxta ordinem per Nos expeditum, cujus tenor iste est;

Tenor dicti Ordinis talis est:

Quaestor mandatorum summas non potest solvere absque Proregis libello.

PHilippus, &c. Perchè, come sapete, da alcun tempo in qua si è costumato, ed al presente si costuma, che il Magnifico general Tesoriere non può pagare liberanza alcuna ordinaria senza polizza nostra particolare: ed intendiamo, che detto Tesoriere al rendere che fa de' suoi conti in Regia Camera, non presenta dette polizze particolari, ma solamente dà conto del pagamento, per vigore delle liberanze; ci è paruto, per quel, che conviene al servizio di S. M., ed alla indennità della Regia Corte, poichè dette liberanze ordinarie non si possono pagare senza polizza nostra particolare, farvi la presente, per la quale " Vi diciamo, ed ordiniamo, che da qua in avanti non dobbiate accettare, nè far buono pagamento alcuno al detto Magnifico Tesoriere, nel quale debbano precedere le polizze nostre particolari (poichè senza quella non può, nè dee farsi) non presentando dette polizze particolari, che così conviene al servizio di Sua Maestà". *Datum in Palatio Regio prope Castrum Novum Neap. die 5. mensis Julii 1559. D. Pesafan. Vidit Albertinus Reg. Vidit Villanus Reg. Vidit Reverterius Reg. Joannes de Soto Secret.*

Adde pr. 5. & 6 de offic. Quaest.

5 Julii 1559. D. Pesafan.

PRAGMATICA XXXIII.

Ut inf. § 2. & 3. Ut inf. §. 4.

S*Imilique modo* Mandamus servari nonum, & decimum Cap. Instructionum Frederici Regis, & 15. Invictissimi Caroli V. Imperatoris, hujusmodi tenoris:

Tenor Cap. IX. Instructionum Frederici Regis.

Significatoriae subscribantur per Cameram, & Rationalem, & relatae in libro dentur Quaestori.

2 *Item* quilibet Rationalis Camerae procuret cum solerti diligentia habere, & examinare computa particularia, quae dependent ex computis cujuslibet ipsorum Rationalium consignatis, ac pari modo habere Quinternos apodixarum, quorum computorum particularium, & quinternorum apodixarum ipsarum diligens examinatio, quam Rationalium solertia,

lertia ; cura , & ſtudium maxime curare debent , Regiae Curiae erit utiliſſima.

Tenor Cap. X. ejuſdem.

3 *Item , quemadmodum praeteritis temporibus extitit in dicta Camera obſervatum , ita deinceps* Obſervari praecipit Regia Majeſtas , videlicet , quod in pede cujuslibet ſignificatoriae in Camera faciendae , spponatur manus , ſeu ſubſcriptio Rationalis , qui literas ipſas ſignificatorias fecerit , necnon & manus , ac ſubſcriptio Notatoris dictae Camerae , & antequam ſubſignent , & ſubſcribant in dictis literis ſignificatoriis , illas debeant comprobare cum regeſto , in quo fuerint regiſtratae , ſicque literae ipſae ſignatae , & diligenter expeditae , mitti , & aſſignari debeant Regio Theſaurario generali , per eum tradendae Commiſſario Regio , & Perceptori pecuniarum , provenientium ex ſigoificatoriis, nt illos omni diligentia exigere valeat nomine Regiae Camerae : dictuſque Notator Regiae Cameran Summariae procuret cum diligentia in fine menſis cujuslibet mittere ad Regiam Majeſtatem liſtam , ſeu notamentum omnium ſignificatorialium , quas fieri contigerit menſe quolibet in Camera, cum diſtinctione quantitatum . & perſonarum , quibus factae fuerint ſignificatoriae.

Notator in fine menſis mittat ad R. M. numerum ſignificatoriarum.

Tenor Cap. XV. Inſtructionum Caroli V. Imperatoris.

4 *Item* extitit praeteritis temporibus in dicta Camera obſervatum , quod in pede cujuslibet ſignificatnriae faciendae in Camera , apponatur ſubſcriptio Rationalis . Propterea mandamus ſic obſervari ; ita tamen , quod dictus Notator nunquam ſn ſubſcribat in dictis ſignifiestoriis , niſi primo illas diligenter inſpexerit , & ſummarie notaverit in ſuo regeſto notamentorum , & niſi primo fuerint eum regeſto diligenter comprobatae , quorum notamentorum debeat Notstor ipſe ſeparatim, & ordinate facere in libro continuato ſine immiſſione aliorum notamentorum , & poſtquam dictae ſignificatoriae expeditae fuerint, ſtatim mitti , & aſſignari debent generali noſtro Theſaurario ſine aliqua dilatione tradendae per eum Perceptori ſignificatoriarum , ut ille eas exigere valeat.

Notator mittat Quaſtion.

Quaeſtor det Perceptoribus.

PRAGMATICA XXXIV.

Vt inf. §. 2. SEreniſſimus Fridericus Rex in 14. ſuarum Inſtructionum Cap. ac poſtmodum Sere-
Vt inf. §. 3. niſſimus Catholicus Rex in 9. ſuarum Inſtructionum , & noviſſime Invictiſſimus Carolus
Vt inf. §. 4. V. Imperator in 16. ſuarum Inſtructionum , ſeu Pragmaticarum, capite circa diligentiam, per Rationalem adhibendsm in computorum liquidatione ſtatuerunt in modum , qui ſequitur:

Tenor Cap. XIV. Inſtructionum Friderici Regis.

4 *Item* Rationales dictae Camerae exacto, & elapſo tempore, dsto partibus ad verificationem , & liquidationem computorum, ſtatim ſine dilatione aliqua , sccedant perſonaliter ad Bancam dictae Camerae , & facta notitia Praeſidentibus de tempore jsm elapſo, debeant ponere computa, & dubia in Banca, ut ſupra dictum eſt ; quae computa per dictos Praeſidentes cum omni diligentia expediri debeant.

Rationales elapſo termino dato ad probandum ſummas , ſponte exhibeant ratiocinia in Tribunali cum dubiis elicitis.

Tenor Cap. IX. Inſtructionum Sereniſſimi Catholici Regis.

3 *Item* , que todos los Raçionales de la Camara, aquien feran dadas las dichas cuentas , entiendan con toda diligencis en el deſpacho dellas , de manera que dentro de dos meſes, ſi antes no pudiere ſer , ſea ſecha entera relacion en la Banca de la dicha Sumaria , y al mas largo dentro de otros quatro meſes ſean del todo deſpachadas las dichas cuentas , y fecha declaratorin , como ſe acoſtumbra , ſu pens de privacion de ſus ſalarios , y privacion de las dichas cuentas.

Declara. , ut §. 5. ſeq.

Tenor Cap. XVII. Inſtructionum Caroli V. Imperatoris.

4 *Item* mandamus , quod dicti Rstinnsles in fine cujuslibet computi , eorum cuilibet commiſſi , deſcribere debeant manu propria in charta ſuta, & ligsta cum ipſo computo , bilancium integrum ipſius computi , ut ſpecifice omnia dubia , tam deciſa , quam ea , que remanent ad decidendum , in bravi compendio videri poſſint , & quid actum ſit, aut quid reſtat peragendum in unoquoqua computo ; & ſimiliter notare in margine proviſiones , factas ſuper dubiis deciſis , & quae exinde ſient ſuper non deciſis ; necnon ante lapſum illius anni , in quo unumquodque computum fuerit praeſentatum , habeant expediviſſe declaratoriam cujuslibet computi juxta Pragmaticsm ſuper hoc editam per Catholicum Regem celebris memoriae avum, patrem , & Dominum noſtrum colendiſſimum , quam inviolabiliter volumus obſervari.

In fine ratiocinii fiat per Rationales aequatio , ut breviter dignoſcatur una cum numero dubiorum elicitorum.

5 Quss quidem diſpoſitiones declarantes, sc in unum complectentes , Statuimus , decernimus , & declaramus , quod praefati Rationales , & ipſorum quilibet ſummo ſtudio, & exactiſſims diligentia ſingulis diebus , & horis ſtatutis vacare debeant circa celerem computorum expeditionem . Ita quod omnia computa , quae praeſentari debeant in menſe Octobris per menſem Decembris , ante ſcilicet ferias Nativitatis Domini snni cujuslibet, ſint (ut sjunt) bilancista , & ſignificatoriae pro concurrenti quantitate introitus exitum ſuperantis , ac deficientium cautelarum expeditae , & per totum menſem Aprilis in dictis

ctis computis omnes cautelae assignentur, ac illa relata, discussa, & declarata omnino sint sub poena, per immortalis memoriae Catholicum Regem imposita in dictis Instructionibus, per eum editis, amissionis salariorum, & computorum eis commissorum. Declarantes ultra bilancium praefatum apponi debere solinm dubiorum assumptorum pro declaratione computorum cum decisionibus eorumdem dubiorum in margine folii praefati annotatis. Addentes, bilancium praefatum fieri, & describi debere in dictis computis secundum formam, & modum levamenti totius administrationis illius anni; reliqua vero computa, quae non consueverunt produci in mense Octobris, sed alio tempore similiter infra sex menses, a die praesentationis ipsorum numerandos, modo, quo supra dictum est, expediantur.

Poen. amissionis salarii, & causae commissae. Ratiocinia exhibita infra sex menses terminanda.

PRAGMATICA XXXV.

STatuit dictus Invictissimus Carolus Imperator in decimoquarto suarum Instructionum Cap. quod simul cum unoquoque Rationali interveniat unus Praesidens, sicut necessitas exegerit, qui pariter cum ipso Rationali debeat computum, & cautelas percunctari, ac dubia reassumere pro celeri expeditione computorum ipsorum, cujus tenor sequitur.

In rationibus videndis per Rationales interveniat etiam Praesidens, & de mense Januarii, & Februarii non redeant Officiales post prandium in Cameram, sed domi tractent negotia.

Tenor Cap. XIV. Instructionum Caroli V. Imperatoris.

2 *Item* mandamus, quod simul cum unoquoque Rationali interveniat unus Praesidens, sicut necessitas exegerit, qui pariter cum Rationali debeat computum, & cautelas percunctari, ac dubia assumere pro celeri expeditione ipsorum computorum.

3 Quod satis Regio servitio expedire considerantes, tenaciter observari mandamus; ita quod Rationalis celeriter omni cum diligentia percunctatis, & ordinatis computis, & cautelis per eum, statim cum Praesidente conveniat, cautelas, & dubia conferendo, ut statim, hoc expleto, ad ipsius liquidationem per Cameram procedi possit, & Praesidentes huic Regio servitio in eorum domibus vacare queant, mandamus, quod in mensibus Januarii, & Februarii Locumtenens, & Praesidentes de servitio Camerae convenire non teneantur, sed de mane quatuor horis adesse debeant, negotiorum expeditioni diligentissime operam dantes.

Idem per pr. 61. §. 24. inf. eod. Fuit correctum, per pr. 45 § 1. inf. eod. & pr. 66.

PRAGMATICA XXXVI.

ITem, attendentes, quod quemadmodum provide interdictum est Perceptoribus, ceterisque Ministris pecuniariis sub poena privationis suorum officiorum, in eorum computis in introitu pro exactis ponere quantitates aliquas tempore praesentationis ipsorum computorum re vera non exactas, ut ex 31. Capitulo Instructionum Perceptoribus traditorum provisum esse legitur; ita pariter condecens esse, ac rectae administrationi convenire videtur, providere, prout harum serie providemus, & mandamus, ne in exitu quantitates aliquas ponant pro solutis, quae re vera tempore praefato solutae realiter non sint, eadem officii privationis imminente poena, quam omnino contra facientes incurrere decernimus.

Non exacta pro exactis, & non soluta pro solutis non ponantur.

Poen. priv.

PRAGMATICA XXXVII.

SErenissimus Ferdinandus Primus hujus Regni Rex per Pragmaticam, quam publicari jussit anno 1482. mandavit, significatorias omnes, per Regiam Cameram expediendas exequi debere, neque audiri quempiam super illarum revocatione, quin prius executioni demandatae sint; immo facta executione illas revocari posse prohibuit, nisi eidem Serenissimo Regi omnia relata fuissent; Ejus autem Pragmaticae tenor talis est.

Vi §. 2., & seqq. & pr. 75. §. 103. hoc. tit.

Tenor Pragmaticae Serenissimi Ferdinandi Primi.

2 FErdinandus Dei Gratia Rex Siciliae, Hierusalem, &c. Cum ab antiquis hujus Regni Regibus praedecessoribus nostris eorum privilegiis in praerogativam, & dignitatem istius Tribunalis, & Officii decretum, provisum, & constitutum sit, ut omnes significatoriae, & sententiae, quae ab ipso officio procederent, & proficiscerentur, exequi, adimpleri, debitaeque executioni mandari omnino deberent, non obstantibus quibusvis appellationibus, reclamationibus, & supplicationibus de eis factis, & sic continue praeteritis temporibus observatum fuerit, & ut intelleximus a non longo tempore citra, significatoriae, in ista nostra Regia Camera factae, & sententiae, in eadem latae, juxta formam, & continentiam ipsarum, & etiam secundum consuetudinem observatam debitae executioni demandatae non fuerint, quod redundavit, & redundat in non modicam derogationem dignitatis, & praerogativae ipsius Tribunalis, & etiam in gravissimum damnum, & jacturam nostrae Curiae, & illorum detrimentum, qui sententiam in sui favorem obtinuerunt. Volentes continue non solum tueri, & conservare, verum etiam augere, & amplificare istius officii honorem, praerogativam, & dignitatem; cum praesertim certo sciamus, omnia, quae in ipsa Camera aguntur, & cognoscuntur, & decernuntur, summa aequitate, maturitate, integritate, & justitia agnosci, & decerni, cum istius Tribunalis Officiales summa scientia, integritate, & rerum maxima experientia praeditos esse sciamus, per hanc nostram Pragmaticam, inviolabiliter observandam, Volumus, statuimus, praecipimus, & mandamus, ut imponere, injungere, & mandare debeatis Exactori significato-

Significatoriae, & sententiae latae per Cameram non obstante reclamatione, praestita tamen cautione, executionem habent. Concord pr. 75. §. 97. hoc tit.

ficatoriarum ipsius Camerae, vel ejus Locumtenenti, ut omnes significatorias in praeteritum factas, quae executiool debitae demandatae non sunt, omni celeritate, & festinantia, sine exceptione personarum, & eas etiam, quae de cetero fient, prorsus, & nmnino exequantur. Declarantes nostrum animum, & propositum esse, ut ipsae significatoriae quacumque ex causa non debeant, aut possint in disputatione, aut disceptatione poni, donec fuerint debitae executioni demandatae, ut supra.

Concord. pr. 73. §. 59. hoc tit.

3 Et similiter de sententiis, quae in ipsa Camera in posterum proferentur, fieri volumus, praestita tamen fidejussione idonea per eos, in quorum favorem senteotiae latae fuerint, de restituendo in occurrenti casu retractationis dictarum sententiarum omne id, & totum, quod ex hujusmodi causa consecuti essent.

Reclamatio in ead. Reg. Cam. d. §. 59.

4 Et facta ipsarum significatoriarum executione, ut supra contioetur, volumus, & decernimus, ut omnes, qui de ipsis significatoriis se debite gravatos putaverint, per istud idem Tribunal, & non per aliud audiri debeant, si quid dicere, producere, allegare, & probare contra ipsas significatorias voluerint.

d. §. 59.

5 Et si idoneum aliquid, vel sufficiens ostenderint, quo ipsae significatoriae ex toto, vel in parte revocari habeant; Per Nos intelligi volumus, & re cognita provideri, ut per exactorem ipsarum sigoificatoriarum, vel ejus Locumtenentem, eis, cootra quos executionem fecerint, restituatur quantum per Nos legitime restitui debere, declaratum fuerit.

Per totum Sept. exactores exhibeant rationes, & per Octob. cautelas.

6 Et ulterius volumus, constituimus, praecipimus, & mandamus, ut de cetero per omnes, & singulos ipsius nostri Regni ordinarios Exactores in ipsa nostra Camera singulis annis per totum mensem Septembris producta, & praesentata esse debeant omnia ipsorum computa, & rationes, & per totum mensem Octobris sequentis, omnes cautelae necessariae, & pertinentes ad ipsorum computorum liquidationem. Et ipso finito tempore, si cautelae ipsae productae, & praesentatae non fuerint, ipsa computa statim expediri per vos volumus, & significatorias contra ipsos Exactores fieri, ut supra regulandas, & exequendas.

Conductores vectigalium solvant in fine quadrimestris.

7 Et similiter volumus per omnes nostrorum introituum Arrendatores assignari, & persolvi pretia Arrendameotorum, nostrae Curiae debita temporibus, contentia in Capitulis per ipsam Cameram eisdem Arrendatoribus assignatis; adeo ut in fine cujuscumque quadrimestris nostrae Curiae sit integre satisfactum; & si elapsis temporibus statutis, in ipsis Capitulis contentis, ipsi Arrendatores nostrae Curiae solvisse, & satisfecisse non ostenderint, contra eosdem, ipsorumque fidejussores ad debitas significatorias, ut supra regulandas, pro cautela nostrae Curiae procedi volumus.

8 Et ne jura, nostrae Curiae debita, ulterius defraudentur, praesenti Pragmatica sanctione decernimus, & declaramus, omnes supersessorias hucusque factaa, fuisse, & esse revocatas, prout praesentium serie revocamus, & quod de cetero faciendae oullatenus admittantur per quosvis nostros Officiales, nisi fiot tempore limitatae, & eis sit appositum nutum nostrae Majestatis, videlicet: *Fato il soprascritto.*

Mandata quod supersedeant in executione, non fiant absque Regio nutu.

9 Volumus etiam, & praesentium tenore declaramus, quod de omnibus causis, ad dictum Tribunal vigore Privilegiorum retro Principum spectantibus, & quae de cetero ad istud Tribunal ex nostra ordinatione, & mandato introducentur, & in ipsa Camera discutientur, & per istud Tribunal interloqui contigerit; si ab interlocutoriis provocaretur, & reclamaretur, de ipsis nullum aliud Tribunal, praeter ipsam nostram Cameram, cognoscere possit, aut valeat.

Reclamationes eadem Camera cognoscat.

10 Et similiter definitivae sententiae, quae in isto Tribunali feruntur, postquam debitae executioni, ut supra continetur, maodatae fuerint, si ab ipsia appellari, aut supplicari contigerit; appellatio, & revisio cognosci per aliud Tribunal, excepto quam per ipsam Cameram, non possit, nec debeat, nisi per nostram Majestatem prius de omnibus per dictam Cameram informatam, aliter fuerit provisum, cum nutu nostrae Majestatis, videlicet: *Così vogliamo che si faccia.*

11 Et quoniam supradicta integre, & indiminute observari, exequi, & adimpleri volumus, mandamus, & praecipimus vobis, ut ex nunc in antea ea omnia observare, & observari facere debeatis, non obstantibus quibuscumque provisionibus, factis, aut forte nostro nomine faciendis, quae praemissorum derogationi cederent; & aliter non faciatis, sub poena privationis officiorum vestrorum, & sit mille ducatorum a contra facientibus exigendorum. In cujus rei testimonium praesentes fieri jussimus, nostro pendenti magno Sigillo munitas. *Datum in Castro Neapolis die* 14. *Februarii* 1482. *Rex Ferdinandus*, Questa è mia volontà. *AEgidius Sadurnil pro Pasc. Garlon. Jo: Pont. Locumtenens Magni Camerarii. Dominus Rex mandavit mihi Antonella de Petrutiis. Dirigitur Camerae Summariae.*

Poen. priv. off. & confisc. mille.

14. Febr. 1482. Rex Ferd.

12 Quod approbans Serenissimus Fridericus Rex inter suas Instructiones, sequens duodecimum Capitulum inseri jussit.

Tenor Cap. XII. Instructionum Friderici Regis.

13 Item mandat Regia Majestas, quod cautelae, quae praesentantur pro deductione facienda, significatoriia jam factia, recipi debeant; verum nulla fiat a dictia significatoriis deductio, nisi prius Regia Majestas edoceatur.

14 *Quae omnia non ita adamussim servata fuere ab Officialibus Regiae Camerae Summariae, varie praedicta interpretantibus, quocirca, ut omnibus dubitandi occasio sileat*, Statui-

In Tribunali conficiantur significatoriae, auditis partibus, ne executio impediatur.

tuimus, atque jubemus, significatorias omnes decetero fieri debere in Banca Locumtenentis, & Praesidentium, adhibito examine, & concurrenti consensu, quae omnes, & etiam illae, quae praecesserint ex introitu exitum superante, aut computorum discussione, ac declaratione computantibus in Banca auditis, sive monitis, & pariter illae, quae ex causa releviorum dependent, juxta listam introituum, a partibus praesentatam, omni modo executioni tradantur: illae etiam, quae procedunt ex releviorum informatione de ordine Camerae factae, super quae is, de cujus agitur interesse, summarie auditus sit, modo defensionibus limina non claudantur, illam in exequendo vim obtineant, quam dicti Serenissimi Reges statuere, ipsisque dictarum Pragmaticae, & instructionis series observetur; illo tantum excepto, quod facta ipsarum debita executione Rege inconsulto, deductio fieri non potuisset.

Significatoriae releviorum.

R. Camera potest revidere significatorias, consulto Prorege.

15 Decernentes posse eandem Regiam Cameram, quae ex significatoriarum expeditione processit, cognita partium justitia, data tamen prius Nobis notitia, ipsas a gravamine relevare.

Ob cautelas non productas.

16 Quo vero ad significatorias, ob cautelarum non productionem procedentes, statuimus illas etiam paratam habere executionem, interdicentes superlessoriam expeditionem, prout in praeinserta Pragmatica dictus Serenissimus Ferdinandus Primus dispofuit; verum si, dum executioni solicite ii, quorum cura est, incumbunt, antequam ex toto talis executio absoluta sit, produci contingat cautelam ex omni sui parte concludentem, & validam; tunc eam admittendam duximus, ne significatoria parti alicui damnum esset allatura; quatenus vero Ministrum pecuniarium respicit, illud inviolabiliter observari jubemus, scilicet de ea rationem non haberi, nisi in sequentis anni computo, quod, si id fieri non posset, quia illo forsan anno tantum Officialis suo fungeretur officio, mandamus, Ministrum praedictum, qui pro dictae significatoriae executione quantitatem, in ea contentam, exsolverit, illam sequenti anno ab ejus officio successore recuperare posse.

Significatoriae ob residua non exacta, pr. 75. §. 98. & 100. hoc t. & 130.

17 Hoc tamen declarando, quod si contra Provinciarum Perceptores significatoriae expeditae fuerint ex causa residuorum Provinciae, non exactorum tempore praesentationis computorum, & post praesentationem jam dictam residua praedicta exacta fuerint, solutaque pecunia, cui solvenda erat; in memorato casu quantitas soluta a significatoriis, ex dicta causa expeditis, deduci debeat, prout eam deduci mandamus; illud attendentes, quod solutio sic facta significatoriarum praedictarum satisfactio, & executio censeri debet; declarantes, quod interim ob hoc executio significatoriarum ex causa residuorum praedictorum nullatenus impediatur.

Significatorias ob responsalium, seu libellorum productionem non factam, pr. 75. § 112. hoc tit.

18 Quatenus vero atrinet ad significatorias, propter responsalium productionem, per Magistros Portulanos non factam, expediendas, hunc servari ordinem jubemus, ut mandata producere procurent, vel poenas in fidejussionibus, per eos receptis, illa respicientes, exigisse demonstrent per introitum poenarum praedictarum in Regiae Curiae commodum; sin autem ista facere neglexerint, ipsi significentur: quae significatoriae consimilem executionem promtam, expeditamque obtineant, exclusa pariter illarum superlessoria quacumque si tamen post terminum praedictum pars, quae se ad responsalium productionem adstrinxerit, agnoscens executionis praedictae effectum ejus damno cedere, responsales, sive responsalia producat vera, liquida, clara, & omni ex parte concludentia, & indubitata, desiderans aequitatis terminum ad eas extendi, non per Regiam Cameram super hoc aliquid provideatur, sed relatio fiat Illust. Viceregi, ad hoc ut negotii, rerum, ac personarum qualitate recte pensata, quod opportunum visum fuerit, exequi debere mandetur.

PRAGMATICA XXXVIII.

Rationales ipsi, & non per substitutos ratiocinia videant, & scripturas signent.

C*Um Rationalium diligentia, & industria rationabiliter sit electa*; Statutum fuit in decimosecundo Instructionum Caroli V. Imperatoris Capitulo, ipsos per se, non per alios computa, eis commissa videre, & considerare, ceteraque, id tangentia, explicare debere, quod imperfecte observari audivimus. Immo Rationalis vice multoties alium suffectum fuisse, Nobis relatum est, qui nedum ad computorum discussionem processit, sed ea in Camera retulit, & cum Praesidentibus votavit; quem abusum penitus tollentes, sancimus, id de cetero non fieri, sed soli Rationali exercere liceat, qui Rationalis inter cetera praecipue illud attendat, quod in computis, sibi commissis, sua propria manu, & non alterius, cautelas signet; quod si in aliquo contra fecerit, poenam amissionis provisionis illius anni, & computorum, sibi commissorum, incurrat irremisibiliter.

Poen. amissionis salarii annalis, & causas commissae.

PRAGMATICA XXXIX.

MAndamus servari quintum Capitulum Instructionum Friderici Regis, cujus tenor talis est.

Tenor Cap. V. Instructionum Friderici Regis.

Rationales rationum exempl. duo faciant folia, quorum alterum detur Notatori, alterum mittatur ad Regiam Majest.

Item Rationales Camerae scribere, & facere teneantur duo folia computorum, quae ipsi videant, examinent, atque in manu habeant, declarantes, & notantes in quo puncto, & termino fuerint ipsa computa. Quorum foliorum uno per quemlibet Rationalium tradito Notatori ordinato in dicta Camera in Banca, aliud mitti debeat ad Regiam Majestatem, ut eandem de his, quae per ipsos Rationales in examinandis computis tractantur, & fiunt in Camera, nihil lateat.

Illud

Illud declarando fieri debere post computum declaratum.

PRAGMATICA XL.

ITem mandamus servari quartum Capitulum dicti immortalis memoriae Catholici Regis Instructionum, cujus tenor talis est.

Tenor Cap. IV. Instructionum Catholici Regis.

Officiales rei pecuniariae singulo mensibus dati, & acceptis codicem ad Cameram mittant una cum cautelis.

Poen. salarii.

Item ordinareis, que todos los Ministros, y Officiales, que tienen cargo de recibir rentas, y dinieros nuestros en aquel Reynn, su pena de privacion de sus salarios, vos embien cada mes ay en Sumaria balançe de todo lo que haran recibido, y pagado en tiempo de sus administraciones, como se facia en tiempo del Rey Don Fernando Primero nuestro Sobrino.

Quod fieri jubemus, una cum cautelis, juxta formam novae Instructionis positae inter Instructiones, Perceptoribus traditas, & quilibet Rationalis de dicto bilancio rationem in Camera facere teneatur.

PRAGMATICA LXI.

Officiales ad justitiam administrandam caveant in Cameram de causam dicendo. Pr. 1. §. 6. de offic. Jud. & pr. 1. de offic. Justit.

CAveant etiam Officiales omnes, ad justitiam deputati, de standn syndicatui, quae cautio sufficiens in dicta Regia Camera praestetur, prout Serenifs. Catbolicus Rex praefatus statuit in septimo Capituln Instructionum praefatarum, & ante captam fidejussionem Locumtenena commissiones non subscribat, juxta stilum, & usum hactenus observatum. Hoc pro subditorum relevamine, insuper decernentes, quod in fidejussinnibus recipiendis caveant Officiales praedicti producere fidem validam intra quatuor mensium spatium a die eorum completi nfficii, se ipsos syndicatui stetisse, vel eorum syndicatum pendere, alias ad poenarum incursionem & executionem procedi mandamus, quam curam Fisci Advocato committimus.

PRAGMATICA XLII.

PRagmaticam, editam anno 1540. providentem, ne praeterita futuris in computorum redditione immisceantur, observari jubemus, quae hujusmodi est tenoria.

2 Quoniam Majestati nostrae retulerunt, &c. ut supra pragmat. 1. §. 3.

PRAGMATICA XLIII.

Scribae Camerae tempore commissionum notam dent indicem commissionum, ut de iis habeatur notitia.

ET quoniam saepe accidit, per Regiam Cameram expediri commissiones quandoque pecuniariis Ministria, quandoque ceteria personis directas, tam pro exactione poenarum, quam debitorum Regiae Curiae, ac pro capienda possessione bonorum, quae Regius Fiscus ad se, tanquam vacantia, vel aliter, spectare praetendit, quorum omnium rationem reddi justum, atque necessarium existimavimus; nam si de hoc particularia nota non baberetur, de facili ob negotiorum multitudinem posset oblivioni tradi in praejudicium jurium Regii Fisci; Idcirco huic damnn occurrere volentes, *Statuimus, & mandamus, quod altea certificatorias, quae de praefatis per Regiam Cameram expedies consuetum est, generali Thesaurario directas, ad majoris veritatis certitudinem Scribae Regiae Camerae praesentes, & successive futuri, qui curam babent registrandi literas, & ceteras provisiones Curiae, sub poena privationis officii, & alia graviori, nostro arbitrio reservata, notam, sive listam particularem commissionum, seu provisionum earumdem tempore, quo computa in Cameram committuntur, Rationalibus consignare debeant; ut videant, si Ministri jam dicti de illis, & ipsorum executione debitam Regiae Curiae rationem reddunt, & si ceteris personis directae fuerint, ab illis pariter ratio babeatur; ut quoquo modo indemnitati Regiae Curiae succurratur. Et ne nemo inficiari valeat se commissiones, seu provisiones praefatas minime recepisse; mandamus, Scribae praedictos annotare debere in regestis praefatis nomen Ministri, seu ejus computantis, aut Procuratoris, cui consignatae fuerint. Et si ex praedictorum absentia id fieri non possit, & extra Civitatem transmittendae essent; mandamus sub poena per Regiam Cameram ei injungenda, qui dictas provisiones in partibus consignaturus est, quod consignationis ejusdem actum confici procuret transmittendum ad Scribas praefatos, qui in regestis praefatis illum annotare teneantur, cujus nostrae ordinationis observantiam curae Advocati Fisci committimus.*

Poen. priv. off. & alia arb.

Poen. arb.

PRAGMATICA XLIV.

Detentor codicum dec quinternionum omnium Privilegiorum, & assensuum Rationali, ut taxet, quae taxanda sunt. Vide pr. 75. §. 15. hoc tit.

Fisci patronus idem faciat.

MAndamus etiam, quod Conservator Quinternionum Regiae Camerae ratione sui officii teneatur mense quolibet dare listam omnium Privilegiorum, concessionum, seu assensuum feudalium rerum concessarum, seu alienatarum, Rationali, qui Cedularii ad hoc curam tenet, ut ea, quae in ipso cedulario taxanda, vel notanda sunt, taxentur, atque notentur. Et pariter consimilia lista per eundem Fisci Advocato detur, ut inde feudorum, quae ob lineam finitam Regiae Curiae devolvi contigerit, vel releviorum, facilis notitia, & recens memoria habeatur, & indemnitati Regiae Curiae circa hoc consultum appareat, sub poena, ut supra.

PRAGMATICA XLV.

Perceptor significatoriarum singulis diebus Martis referat in Tribunali si aliquo indigent.

LAudamus, & approbamus, quod audivimus in Regia Camera servari; licet non semper, circa significatoriarum relationem per earundem Perceptorem, & hoc sequens jubemus, atque mandamus, in unaquaque hebdomada unam assignari diem, Martis scilicet, nullatenus praetereundam, in qua significatoriarum Perceptor in Banca referat, ut si quid super hoc pro Regiae Curiae indemnitate providendum sit, eadem Regia Camera providere non retardet; Et singulo quoque mense ultima die Sabbati cujuslibet mensis coram nobis in Collaterali Consilio per eundem Perceptorem relatio fiat significatoriarum, eidem assignatarum, & quantitatum inde exactarum, nihil penitus omittendo.

Ultima die Sabbati cujuslibet mensis referat in Collateral. assignatas, & exactas. Adde pr. 10. § 2. de offic. quaest.

PRAMMATICA XLVI.

Vi inf. §. 2. & 3.

ITem statuimus servari decimum sextum Capitulum Instructionum Friderici Regis, ac decimum octavum Capitulum Caroli V. Imperatoris circa poenam Ministris pecuniariis infligendam pro pecuniae retentione, quorum tenor hic sequitur.

Tenor Cap. XVI. Instructionum Friderici Regis.

Pecuniam Fiscalem retinentes poenam solvant.

2 *Item* Ministri pecuniarum Regiae Curiae, quae inventi fuerint percepisse, aut retinuisse penes se pecunias Fiscales, astringantur, & cogantur ad solutionem poenae, ad quam de jure tenentur, juxta formam Capitulorum Regni, Rituum Regiae Camerae Summariae, & aliarum ordinationum, & Pragmaticarum editarum jam, & faciendarum per Regiam Majestatem. Quam provisionem, & ordinationem observari jubet Regia Majestas omnino, ac comprehendi, & intelligi tam Administratores praesentes, quam futuros, sub poenia contentia in Ritibus, & Pragmaticis, qui Administratores praefati per Regiam Cameram Summariae absolvi nullo pacto possint.

Rex Frid.

Tenor Cap. XVIII. Instructionum Caroli V. Imperatoris.

3 *Item* mandamus, quod Ministri pecuniarum nostrae Curiae, tam praesentes, quam futuri, quivis fuerint, majores, sive minores, qui penes se retinuerint pecunias fiscales ultra terminum praefixum, cogantur, & adstringantur irremissibiliter solvere pro poena duplum.

Poen. dupli. Car. V. Imp.

4 Declarantes in duplo pro jam dicta poena imposito simplum contineri, nec allegari possit, quod Curiae non interfuit, sicut nec allegari permittimus, nec volumus in ceteris omnibus poenis, in praesentibus Instructionibus, & ceteris omnibus Pragmaticis, Instructionibus, & Dispositionibus positis. Verum statuimus, si majus interesse Regia Curia ob id passa esset, ad id totum Ministros praefatos obnoxios esse: sicque servari jubemus.

In duplo simplum continetur. Nec allegetur, quod tanti non interfuit.

PRAGMATICA XLVII.

ET *quia ne solutio praefata retardetur*, Invictissimus Carolus praefatus inter ceteras, quas publicari jussit, Pragmaticas anno praefato 1540. subscriptam publicari mandavit, eam firmiter observari mandamus, cujus tenor talis est.

Item *exposuerunt Majestati nostrae*, &c. ut supra pr. 1. §. 9.

PRAGMATICA XLVIII.

Perceptores Provinciarum vendendas exequutiones non emant, nec alia negotia tractent in Provincia.

IN Instructionibus, quas Provinciarum Perceptoribus solitas esse tradi videmus, expresso cavetur, Officialibus praefatis commercia quaelibet esse interdicta in decretis sibi Provinciis sub his verbis.

2 *Item* " Vi comandiamo, sotto detta
" pena di peivazione di vostro officio, ed
" altra tiservata ad arbitrio di Sua Signoria
" Illustr. e di questa Camera, che voi, o
" altro da vostra parte non dobbiate compe-
" rare, nè participare in alcuna compera,
" che si facesse di robe, animali, o altri be-
" ni, di che natura si sieno, capiendi *in*
" *vim executionis*, per causa di detti paga-
" menti fiscali, e vendendi per voi, *seu* per
" vostri esecutori, ed altri per vostra parte,
" o non farete, nè farete fare alcuna nego-
" ziazione, commercio, *seu* industria, nè
" praticare con altri in detta a voi decreta
" Provincia.

Poen. priv. off. & alia decl.

3 Et similiter hoc prohibitum reperitur per Invictissimum Carolum V. Imperatorem, inter Pragmaticas per eum editas die 22. Martii 1536. in Pragmatica, quae incipit: Neque etiam, sub dicta poena.

Pr. 1. de mercatura.

4 Et demum anno 1540. ejusdem Caes. Majestatis alia emanavit Pragmatica hujus tenoris.

5 *Item* pro bona conservatione status, &c. *ut sup. pr.* 1. §. 5.

6 Mandamus igitur praedictas Pragmaticas, & Instructiones inviolabiliter observari; verum quoad poenam, in casu praedicto statutam, mandamus servari Instructionem praedictam, Perceptoribus traditam, ac Pragmaticam praeinsertam anni 1536. & hoc idem quoad Magistros Portulanos locum habere decernimus, & declaramus.

Liminarchae seu Magistri Portulani comprehenduntur.

Vide pr. 2. §. 3. hoc tit.

PRAGMATICA XLIX.

ITem pro cautela Regiae Curiae circa fidejussores Officialium praedictorum exigendos *servari mandamus decretum, alias interpositum sub ejusmodi forma.*

Die 23. mensis Septembris 1541. facto ver-

Quaestores non recipiant pecuniam a fidejussoribus, nisi adsit condemnatio per Cameram, quod solvant de propria substantia.

verbo in Banca per Excellentem Dominum Locumtenentem Regiae Camerae Summariae coram Magnificis Dominis Praesidentibus, quod nonnulli fidejussores Regiae Curiae, ut se eximant ab onere fidejussionia dolo pro Arrendatoribus, vel Perceptoribus, ceterisque Officialibus solvunt pecunias nomine suo fidejussorio, cum in veritate sit pecunis Regia; quamobrem ad tollendum omnem dolum, & fraudem, quae fieri posset, & committi, *Fuit per dictam Regiam Cameeam consensu peovisum, & decretum, quod nunquam Thesaueaeint generalis eapiat pecunias a fidejussoribue, nisi in casu, in quo per dictam Cameram fuerint condemnati, quod solvant de suo; & quod intimetur Thesaurario generali praesenti, & in futurum ceteris Thesaurariis, ad hoc ut ipsis contra facientibus, & Arrendatosibus, & Officialibus principalibue non existentibue solvenda, ipse Thesaurarius, & futuri omnes solvant de proprio*, hoc suum, &c. Consensu. Nardus Antonius pro Notatore. Nardus Antonius de lo Riccio pro Magistro actorum.

PRAGMATICA L.

JUbemus insuper, servari decimum octavum Capitulum Instructionum dicti Friderici Regis, tenoris sequentis.

Tenor Cap. supradicti XVIII. Instructionum Friderici Regis.

Ministri rei pecuniariae, & rerum fiscalium serviant ipsimet, & non per substitutos.

Item Statuit, & ordinat praefata Regia Majestas, quod Ministri pecuniarum, & rerum fiscalium, prout sunt Commissarii ordinarii, & Thesaurarii, & Magistri Portulani, teneantur, & debeant servire in eorum officiis personaliter, & non per substitutos, praestita prius per ipsoa Ministros idonea fidejussione in Camera Summariae de bene, & fideliter se gerendo, & debitam rationem, & computum reddendo. Rex Frid.

PRAGMATICA LI.

Vt inf. §. 2. Expensae necessariae in causis Fiscalibus solvantur de proventibus jussu Locumtenentis, usque ad summam ducatorum quindecim. Vt inf. §. 3. Vide pra. seq.

DEclaramus 29. Capitulum Instructinnum Caroli V. Imperatoris expeditum anno 1519. cujus tenor inferius describetur, intelligendum esse usque ad summam ducatorum quindecim, juxta formam alterius Capituli Ordinationum, seu Instructinnum ejusque Caesareae Majestatis anno 1530. cujus tenor similiter inferius describetur, & usque ad hanc summam ducatorum quindecim tantum, & non aliter, permitrimus, Locumtenentem, & Praesidentes solutionem mandare posse, & ita servari mandamus, prout hactenus consuetum est, & non aliter. Quorum Capitulorum tenor talis est.

Tenor Cap. XXIX. Instructionum Caroli V. Imperatoris.

2 *Item* Volumus, & jubemua, quod Thesaurarius, & Perceptor significatoriarum de pecuniis, pervenientibus ex significatoriis, & proveotibus dictae Camerae, debeant cum literis, & mandato dicti Locumtenentis ipsius Camerae, solvere sine mora expensas necessarias pro administratione justitiae in causis patrimonialibus, & Fiscalibus nostrae Curiae, ac pro expeditione computorum, & aliis necessitatibus pro commoditate, & utilitate nostrae Regiae Curiae solitis, & necessariis, sicut hactenus a tempore Regis Ferdinandi Primi, & Catholici Regis gloriosae memoriae solitum, & consuetum est observari, ne ex dilatione dictarum expensarum nostra Regia Curia detrimentum aliquod patiatur. Car. V. Imp.

Tenor vero Cap. ejusdem Caes. Majestatis, expedits anno 1530. talis est.

3 *Y porque por parte del Tesorero se alega cierta* Prematica hecha por el Visorey D. Carlos de la Noy, en que ordenava, que la dicha Camara de la Sumaria de su propria autoridad no podiesse ordenar pagamiento alguno, que excediesse la suma de quinze ducados, y que los cargos, y consiñationes, que se hazen sobre las rentas Reales, la dicha Camara las dirigesse al Tesorero general, os encargamos, y mandamos, que vedais la dicha Prematica, y os enformeis de las causas, que movieron el dicho Visorey ad hazerla, y nos embies relacion de lo que en esto hallaredes, y de los que os parecerà se deva proveer acerca dello, para que Nos mandamos lo que mas cumple à nuestro servicio, y entratanto guardareis, y hareis enteramente guardar, y cumplir las ordenanças suso dichas, y contra el tenor, y forma dellas no hareis, ni consentireis hazer cosa alguna en ninguna manera, *que assi procede de nuestra determinada voluntad. Dada en Augusta a 21. de Agosto 1530. Yo el Rey. Valdesius Secretarius.* Pr. 86. §. 2. inf. eod. 21 Aug. 1530. Car. V. Imp.

PRAGMATICA LII.

In erogandis ultra centum 15. cumulatur Prorex. Corrigitur pr. 51.

ET quia audivimus, in fraudem praefati ordinis fuisse aliquando per dictam Regiam Cameram mandatum erogari, & solvi majorem quantitatem ducatorum quindecim pro uno, eodemque negotio, expediendo diversa mandata ducatorum quindecim, ideo *Declaramus, decernimus, & mandamus id de cetero non fieri, & non posse per dictam Regiam Cameeam pro uno, eodemque negotio, majorem quantitatem ducatorum quindecim erquirente, mandare solutionem majoris quantitatis ducatorum quindecim, expediendo diversa mandata infra summam ducatorum quindecim in fraudem praefati ordinis; sed tunc cum eroganda est major quantitas ducatorum quindecim recurratur*

rotur ad Nos, & alios Viceroges, qui pro tempore fuerint, & de eorum mandata, prout convenit, pecunia erogetur, & non aliter. *D. Pedro de Toledo. Vid. de Colle Reg. Vid. Loffredus Reg. Martyranus Secretar. Dirigitur Camerae Summariae.*

PRAGMATICA LIII.

Quae est 1. sup. eod § 6. Perceptores Provinciarum infra mensem a die mortis feudatariorum certiorem reddant R.C.S.

NEcessarium etiam duximus Pragmaticam, editam anno 1510. qoa cautum erat Provinciarum Perceptores infra mensem a die feudatariorum mortis informationem capere debere de illius anni fructibus, in melius reformare; tum ut Perceptores ab eorum officiis non distrahantur; tum ut maturius ad informationem capiendam procedatur, & ideo praecipimus, Perceptores eosdem ad illud non teneri, nisi de morte Cameram certiorem reddere, ot inde circa informatiooem capiendam Regia Camera consulto provideat.

PRAGMATICA LIV.

Prout sup eod. pr. 2. §. 8.

DEclaramus etiam Cap. ejusdem Pragmaticae, dum providet, significatoriarum Perceptorem intervenire debere io receptione pecuniae, per generalem Thesaurarium facienda, quod veluti supervacuum hucusque minime observatum extitit, de cetero noo observari, firmo tamen in ceteris remanente, cujus tenor hic sequitur.

Item statuimus, ut qusndo peconia recipitur, &c. ut supra prag. 1. §. 7.

PRAGMATICA LV.

ITem, quia audivimus, Magistros Camerae Provinciarum in eorum computia posuisse in exitu expensas minutas, nulla facta particulari ipsarum mentione, qnod Regio servitio minime convenire existimavimus; Eapropter id alias prohibitum esse romperimus, mediantibus provisionibus, expeditis anno 1541. Quapropter illaa ad unguem observandas esse decernimus, & declaramus, quarum tenor sequitur.

Vt inf. §. 2.

2 Carolus Quintus, &c. Perchè abbiamo inteso, che ne' computi, che si danno per li Mastri di Camera delle Provincie, si pongono partite di cento, dugento, e trecento ducati, *& ultra*, e senz' altra specificazione, dicono per ispese minute, e la Regia Corte vi può essere molto fraudata; Voleodo in questo provvedere, vi " Diciamo, ed
„ ordiniamo, che ordiniate a' detti Officiali,
„ che, da ora in avanti, le dette partite di
„ spese minute le debbano continuare partita
„ per partita ne' lor conti *per extensum* per
„ qualsivoglia partita menomissima, che fosse, e quando questo non eseguissero, voi
„ io tal caso, nel rendere di lor conti non
„ l'ammetterete, e così lo farete intendere,
„ ed eseguire, e farete eseguire, che così
„ compie al servizio di Sua Maestà ". *Dat. in Castro Novo Neapolis die 1. Julii* 1541.

Summae per vae singillatim, & distinctae, ponantur in rationibus per Æ...os Tribunalis.

1. Julii 1541. D. Pedro de Toledo.

PRAGMATICA LVI.

Pr. c. §. 8. sup. eod.

QUoad pecuniam transmittendam per Perceptores Provinciarum non Pragmaticam jam dictam, jubentem, quod quingentis coacervatia ducatis illos transmittere curassent, sed ordinem de duodecim Carrugiis per Cameram expeditum die 10. Aprilia 1548. omnino servari mandamus, continentiae subsequentis, videlicet.

2 Magnifice vir, Havendo questa Regia Camera vednto oella relazione fatta da' conti dell' Amministrazione de' Regj pagamenti fiscali ordinarj, e straordinarj per li Camerarj, Percettori, e Tesorieri delle Proviocie da' Magnifici Razionali di detta Camera, a' quali detti conti stavano assegnati, qualmente gli esiti in quegli annotati per lo coodurre della pecunia delle Provincia nella General Tesoreria, la Regia Corte paga una buona quantità di danari, oltra quello, che giustamente dovrebbe, e si dee pagare. E volendo all' indennità del Regio Fisco provvedere la detta Camera, avuta copia delle tande, e tempi, che i presati Regj Officiali sono obbligati la detta pecunia portare, e pagare io detta Tesoreria, ha veduto anche l' ordine, *seu* Prammatice per avanti sopra ciò fatta, la qual'ordina, che ogni volta, che si trovassero esatti da ducati 500. in su, quelli si maodino in Tesoreria; e considerato anche l' ordine dato alle Terre delle Provincie di accompagnare il Carruggio per condurre la pecunia Regia; E perchè la discussione, e liquidazione de' pagamenti, *seu* partite, che detti Officiali si porranno io esito, era sempre variabile, e conveniva quella rassettare, acciocchè detti Percettori avessero notizia, come si hanno da governare, e la partita si abbia da porre in esito colla vera, e certa quantità di daoari spesi; è stata per la detta Camera del predetto fatta relazione all' Eccellenza dell' Illust. Sig Vicerè, e con parere di questa Regia Camera " E' stato proposto, ed ordi-
„ nato, che dal predetto terzo di Pasca *sex-*
„ *tae indictionis inclusive*, *& deinde in an-*
„ *tea* a ciascheduno di essi Commessarj, Per-
„ cettori, e Tesorieri si diano, ed ammetta-
„ no per ogni anoo dodici Carruggi, *& non*
„ *ultra*, di maniera che mese per mese veo-
„ ga il Carruggio dalla Proviocia con un
„ uomo da cavallo, e due da piedi, e l'uo-
„ mo col mulo: che porta i danari; il sa-
„ lario de' quali si paga per ragione di car-
„ lini tre per uno, e l'uomo, e 'l cavallo,
„ e gli uomini a piedi grana quindici per
„ uno, che sono carlini nove il giorno,
„ attento la compagnia sta ordinata, ehe la
„ facciano le Terre a loro spese, e costo;
„ però se per la Tesoreria si ordinasse, che
„ i danari si pagassero in Provincia, in tal

Expensae pro vectura pecuniae transmittendae a Provincia admittantur pro duodecim ductibus. Vide pr. 2. de salar. eor. qui mit. & pr. 75. §. 8. hoc tit.

„ ca-

„ caso non si abbia a far buono il Carruggio, & e contra se mandasse ia un mese, altro che quello, che sta deputato, s'abbia da far buono; dal qual terzo dl Pasca *inclusive in antea* i predetti Commessarj, Percettori, e Tesorieri ln oiun modo s'abbiano da servire dell' ordine, che *primo loco* aveano di mandare i ducatl ciaquecento, esatti ch'erano, del qual ordine per S. E. è stato ordinato, che non si tenga conto alcuno. I quali dodlei Carruggi calculata la detta ragione delle giornate tanto d'inverao, come d'estate, ebe sono necessarie dalla distanza del luogo, dove si regge la cassa ia Provincia, in questa Città, montano a ducati 150, e le dette provvisionl per S. E., e per detta Camera satte sono state annotate ne' libri, e conti di cotesta Provincia, eolla quale, e co' testimonj, e fede della Tesoreria si ha da passare la partita per la somma predetta di ducati cento einquanta. Per tanto vi diciamo, &c. ehe dobbiate il predetto *ad unguem* eseguire, ed osservare, non facendo il contrario, per quanto avete, &c. e pena di ducati mille, se desiderate, &c. " *Datum Neapoli die . . . Apr.* 1548. *Franciscus Reverter. M. C. Locumtenens. Andreas Stinca. Joan. Paulus Crispus Magister Actorum, Nardus Antonius pro Notatore. In Literarum Cur.* 46. *fol.* 110.

. . . April. 1548 Franc. Reverter.

PRAGMATICA LVII.

Tabella, seu Pandecta.

QUoad diriftus exigendos per Rationales, Magistros actorum, Scribas, Officiales Regiae Camerae subscriptam Pandectam inviolabiliter observari mandamus, donec per suam Majestatem, vel per Nos fuerit aliter provisum.

PANDECTA REGIAE CAMERAE SVMMARIAE.

A' Razionali della Camera.

Tabella Rationalium.

1 PEr la declaratoria del Tesoriere Generale, quando è per un anno ducati venti, per sei mesi ducati 10.0.0

2 Per la declaratoria de' conti degli Officiali ordinarj delle Provincie, cioè per ciascun conto dell' ammiaistrazione d'un anno ducati 6.0.0

3 Per la declaratoria del conto della Dogana delle pecore per un anno ducati 12.0.0

4 Per la declaratoria del conto della Dogaaella d'Abruzzo per un anno ducati 3.0.0

5 Per la declaratoria del Mastro Portolano di Terra di Bari, e Capitanata per un anno ducati 10.0.0

6 Per la declaratoria del conto del Mastro Portolano di Terra d'Otranto, e Basilicata per un anno ducati 8.0.0

7 Per la declaratoria del conto del Mastro Portolano di Calabria per un anno ducati 8.0.0

8 Per la declaratoria del conto del Mastro Portolano d'Abruzzo per un anno ducati 6.0.0

9 Per la declaratoria del Mastro Portolano di Priacipato Citra, ed Ultra per un anno ducati 4.0.0

10 Per la declaratoria del conto di Mastro Portolano di Terra di Lavoro per un anno ducati 4.0.0

11 Per la declaratoria del coato del Capitan della Grascia d'Abruzzo per un anno ducati 6.0.0

12 Per la declaratoria del conto del Dogaaiere della Dogana grande di Napoli per un anno ducati 8.0.0

13 Per la declaratoria del conto del Dogaaiere del Sale di detta Città per un anno ducati 7.0.0

14 Per la declaratoria di qualsivoglia altro conto di Doganiere, Fondachiere, Gabelloto del Regno, &c. per l'ammiaistrazione di ciascuno per un aono abbia a pagare a ragion d'un carlino per oncia della sua provvisione, *videlicet*, se è dodici once, dodici carlini, & *sic de singulis*.

15 Per le lettere di dimiauzione di suochi, cioè tanto per la mano del Razionale, quanto per la scrittura degli Scrivani, o molti, o pochi suochi *indifferenter*, che sieno quelli, ehe si deducono, ducati 0.1.0

16 *Verum* quando fosse Terra, che supplicasse dopo la aumerazione universale conclusa per la aumerazione, e quella otteoesse mancandosi da einque suochi in su, si abbia a pagare per detta lettera tanto per detto Raziooale, come per detto Scrivano, *ut supra* ducati 0.2.0

17 Per le significatorie de' rilevj, quando sia di Principe, o Duca, ducati 6.0.0

18 Quando sia di Marchese, o Conte, ducati 4.0.0

19 Quando sia di Baroae, l'entrata del quale ascenda da ducati dugento infiao a cinquecento, ducati 2.0.0

20 Da cinquecento in su ducati 3.0.0

21 Quando sia di Barone, l'entrata del quale sia da dugento ducati in basso, ducati 1.0.0

22 Per significatoria di Feudatarj d'entrate di cinquanta ducati in basso, ducati 0.2.0

23 Per lettere, e provvisione d'adoo fatta ad istanza della parte, per la mano di detto Razionale, e fatica dello Scrivano, ducati 0.1.0

24 Per fattura di Cedolario, che *in primo ingressu efficii* si danno al Commessario ducati 1.0.0

25 Per la soscrizione, e fede del Ra-

Razionale, che pone la mano in lettere, ed in altre scritture, quando bisogna, intendendo oltra le predette, ducati 0.0.10

26 Per la deduzioni delle significatorie da trenta ducati in basso, ducati 0.0.10

27 Da trenta ducati in su, ducati 0.1.0

28 Per le consulte tanto per lo Razionale, quanto per qualsivoglia altro Officiale, che le facesse, tanto per la scrittura, e registratura, quanto *etiam* per la mano de' Razionali, quando bisogna, ducati 0.1.10

29 *Verum*, quando fosse consulta, dove si richiedesse lunga visione di scritture, attento che allora si merita più, che quello, s'abbia a dichiarare per li Signori la Banca, *dummodo* non ecceda la somma di ducato uno.

30 Per la copia de' dubj, che danno i Razionali a' computanti, non debbano pigliar cosa alcuna.

31 *Item*, quando si dà Cedolario d'adoo; trovandosi alcuno essere gravato, che fosse stato posto più di quello, che dovea starci giustamente, purchè poi dovesse aver lettere, o provvisione, non si debba pagare cosa alcuna.

Vide pr. vg. § 376. hoc tit.

32 *Item* è stato dichiarato, che per niun' altra cosa i Razionali debbano pigliar cosa alcuna, oltra le predette dichiarazioni, eccetto quando accadesse, che ad istanza delle parti o per ordine della Camera avessero da fare alcuna scrittura, o fatica, oltra le predette, ed allora non possano pigliar cosa alcuna, se non quello, che sarà determinato per la Camera.

Al Mastro d'atti.

Tabella Actuariorum.

1 IN *primis* per presentazione di supplicazione, petizione, *seu* memoriale alla citazione *ad dicendum*, ducati 0.0 10

2 Per prescotazione d'articoli ducati 0.0.10

3 *Item* per presentata di scritture non possa pigliare, se non, cioè: per ciascheduna quando si presentano *diversis temporibus*, e quando sieno più, o due, o tre, o molte, purchè si presentino insieme, non possano pigliare, se non le dette grana dieci. 0.0.10

4 E quando ci bisognasse collazione di scritture, per ogni collazione ducati 0.0.10

5 *Item* per qualsivoglia provvisione, o lettere *pro negotiis extra Civitatem*, *videlicet* grana diece al Mastro d'atti, e terì uno allo Scrivano per fattura, e registratura ducati 0.1.10

6 *Item* per li mandati dentro la Città si abbiano da pagare *tantum* grana cinque, e niun'altra cosa di più, ducati 0.0 5

7 *Item* per esamina per ciascun testimonio, ducati 0.0.10

8 *Item* per la lettura delle sentenze, quando è sentenza da cento ducati a basso si paghino tre carlini al Mastro d atti, e due allo Scrivano, che mena la causa, e fa il processo, per la fattura di detta sentenza, ducati 0.2.10

9 Quando è sentenza da ducati cento insino a cinquecento, si paghino carlini cinque al Mastro d'atti, e tre allo Scrivano, ducati 0.4.0

10 Quando è da ducati cinquecento insino a mille, un ducato al Mastro d'atti, e cinque carlini allo Scrivano 1.2.10

11 Quando è detta sentenza da ducati mille in su, un ducato allo Scrivano, e due al Mastro d'atti, ducati 3.0.0

12 Quando fosse sentenza di Contado, o Principato, &c. si abbia da tassare *ad arbitrium Dominorum Bancae*.

Allo Scrivano, e Mastro d'atti ducati 10.0.0

13 Di Baronia ducati sei, *videlicet*, uno allo Scrivano, e cinque al Mastro d'atti, ducati 6.0.0

14 *Item* per li decreti condannatorj, ed assolutorj, per li quali si decide la causa, si abbia da pagare, *prout supra* nelle sentenze.

15 *Item* per gli altri decreti, *sive* interlocuzioni, che s'interpongono *a principio causae usque ad decisionem exclusive super intermediis tantum*, ducati 0.0.10

16 *Item* per gli esecutorj delle sentenze, *seu* decreti diffinitivè per la mano del Mastro d'atti, se è da ducati cento in basso, ducati 0.0.10

17 Da ducati cento in su, ducati 0 2.10

18 E per lo Scrivano, che fa l'esecutorio, e registratura, ducati 0.2.10

19 *Item* per l'esecutoria de' Privilegj, che concede il Signor Re di cittadinanza a' Mercatanti, che negoziano, ducato uno al Mastro d'atti, e ducato uno allo Scrivano, ducati 2.0.0

20 *Item* per l'esecutoria di grazia, *seu* provvisione in vita, o *in perpetuum*, o a beneplacito, e di officio da cento docati in basso per lo Mastro d'atti terì due, ed allo Scrivano terì due, ducati 0.4.0

21 Dugento ducati insino a trecento al Mastro d'atti un ducato, ed allo

Scri-

Scrivano un altro ducato 2.0.0

22 Da trecento in su, due ducati al Mastro d'atti, e due allo Scrivano, ducati 4.0.0

23 *Item* per esecutorió di debitori terì due allo Scrivano per fattura, e registratura; e grána diece al Mastro d'atti, ducati 0.2.10

24 *Item* per le pleggerie, che si danno in Camera per li Capitani, che vanno in Officio, quando è Capitania, che paga il *jus tapeti* duplicato al Gran Camarlingo, per la detta pleggeria, abbia da pagare al Mastro d'atti terì due, e grana dieci, ducati 0.2.10

25 E gli altri Capitani terì uno, e grana diece, ducati 0.1.10

26 E per qualsivoglia altra pleggeria di Officiali, o Arrendatori, *etiam* che fossero più pleggi, pigliandosi *distinctè*, grana diece *singulis vicibus*, ducati 0.0.10

27 E per l'altre, che si sogliono pigliare *indifferenter*, *praeter supradicta*, ducati 0.0.10

28 Per le soscrizioni fatte per sua mano, ducati 0.0.10

29 *Item* per patente di passo al Mastro d'atti grana diece, ducati 0.0.10
Allo Scrivano grana diece, ducati 0.0.10

30 *Item* per presentata del conto del Tesoriere generale, ducati 0.2.10

31 *Item* per la presentata del conto del Doganiere delle pecore, e della Dogana grande di Napoli, e del sale, ducati 0.2.10

32 *Item* per presentata de' conti de' Commessarj, Percettori, e Tesorieri delle Provincie, de' quattro Mastri Portolani, *videlicet*: Terra di Bari, e Capitanata, Terra d'Otranto, e Basilicata, e d'Abruzzo, e di Calabria, e Capitano della grascia, e Segreto di detta Provincia per ciaschedun conto, ducati 0.1.5

33 *Item* per presentata del conto del Mastro Portolano di Terra di Lavoro, e Principato Citra, e d'altri Doganieri, Fondachieri per ciascun anno, ducati 0.1.0

34 *Item* per li Capitoli degli Arrendamenti per fattura, e registratura allo Scrivano, o altri, che le facesse, se l'entrate, che si arrendano, passano ducati mille in su per anno, ducati 2.0.0

35 E da mille a basso, ducati 1.1.0

36 E per la soscrizione del Mastro d'atti ducati 0.2.10

37 Per le copie de' processi si debba pigliare *juxta formam Regiae Pragmaticae*, *videlicet*, per ogni otto carte un terì, e che ogni carta abbia da avere venticinque versi, e i versi sieno razionabili.

38 *Item* per le consulte *indifferenter* al Mastro d'atti per sua soscrizione ducati 0.0.10

39 *Item* per declaratoria del conto del Tesoriere generale per la soscrizione del Mastro d'atti ducati 2.0.0

40 *Item* per la declaratoria del conto del Doganiere delle pecore, ducati 2.0.0

41 *Item* per le declaratorie degli Officiali delle dodici Provincie, e quattro Mastri Portolani, *ut supra*, Segreto, e Capitano per la soscrizione de' Rilevj de' Contadi predetti, ed altri Titolati, ducati 2.0.0

42 De' Baroni non Titolati da mille ducati in cinquanta *inclusive* in su, ducati 1.0.0

43 E da mille a basso terì uno, e grana diece, ducati 0.1.10

44 E da cento a basso un terì, ducati 0.1.0

45 Dalla grascia d'Abruzzo per ciascuno per sua soscrizione al Mastro d'atti ducati 1.0.0

46 E per le declaratorie di qualsivoglia altro conto d'Officiali *indifferenter* terì uno, e grana diece, ducati 0.1.10

47 *Item*, perchè accade registrarsi in Camera alcuni Privilegj di Officj, quali è di stilo porsi ne' Quinternioni, *cum sit*, che non sieno cose feudali, ed è pur necessario aversi in Camera, per non trovarsi ne' registri dell'esecutorie, si abbiano da pagare *tantum* per registratura, ducati 0.1.0

48 *Item* per cercatura di scritture, quando sono da anni tre insino a diece, terì uno, da anni diece in su, terì due, e grana diece.

49 *Item* attento che ne' processi per le parti si sogliono fare diverse repliche *hinc inde*, e così per loro Proccuratori, delle quali non è solito pagarsi cosa alcuna; per questo s'ordina, che per tali repliche non si debba, nè per lo Mastro d'atti, nè per lo Scrivano pigliar cosa alcuna.

50 *Item* per le scritture, e cautele, le quali per lo detto Mastro d'atti s'avranno da autenticare, grana diece, ducati 0.0.10

51 *Item*, perchè potrebbe di facile accadere, che i Mastri d'atti, *seu* Scrivano ordinario, o i Deputati nella causa, andassero fuora ad esaminare, debba avere le spese per se, per lo famiglio, e cavallo, e suo salario terì quattro il giorno, giusta la Regia Prammatica, ducati 0.4.0

Vide pr. 4. de Commiss.

9. §.2. de ordin. judic.

52 *Item*, perchè l'intenzione, e volontà di detta Camera è, che detta tassa sia *ad unguem*

guem osservata. ed acciocchè niuno abbia ardire, nè presuma fare altrimenti, si notifica a ciascheduno, a chi spetta, che quegli, i quali *modo aliquo* contraffaranno, e non osserveranno la tassa, e le ordinazioni predette, incorreranno *ipso facto* nella pena di esser privati de' loro officj, ed altra ad arbitrio di detta Camera riservata, la qual pena senz' alcuna remissione sarà contra i detti contraffacienti eseguita.

Poen. priv. off. & alia arb.

53 *Quas omnes super congestas, & noviter ordinatas functiones, ab omnibus, ad quos spectat, servari volumus, & mandamus, si iram, & indignationem Regiam, & poenam ducatorum mille auri cupiunt evitare, ultra poenas supra particulariter impositas, firmis etiam remanentibus ceteris omnibus dispositionibus hucusque factis, praedictis tamen non adversantibus*. Datum in Regio Palatio Neap. die 22. Septembris 1559. D. Perafan. Vid. Albertinus Reg. Vid. Villanus Reg. Vidit Reverterius Reg. Dominus Vicerex Locumtenens, & Capitaneus Generalis mandavit mihi Joanni de Soto. In Cur. 4. fol. 81.

Poen. irae, indign. & centuss. mille.

22. Sept. 1559. D. Perafan.

PRAMMATICA LVIII.

Revocantur mandata Locumtenentis, quod Praesidentes idiotae non ferrent suffragia in causis, quae requirunt discussionem juris. Hodie non votant in requirentibus discussionem juris, vigore litterarum S. M. de quibus in pr. 77. hoc tit.

A Noi è stato presentato memoriale del tenor seguente, *videlicet*:

ITem por las dichas Instruçiones dirigidas al dicho nuestro Visorey, proveemos, que el dinero, que sobrare en cada paga, que se hiziere a los Continuos, y gente de armas de las faltas, que en ellos se hallaren, como siempre suele acaeçer, lo conserveys vos a parte, y hagays memorial de las faltas, que havrà havido en cada paga, y del dinero, que dellas havrà quedado, porque pues està consiñado enteramente todo, lo que monta el sueldo de los dichos Continuos, y gente de armas, sepamos lo que en cada un año monterà las faltas, que en ellas havrà, come se suele hazer en Castigla, y en otras partes. Assi mismo proveemos, que todo el dinero, que procedere de las composiçiones, venga à nuestras manos, y que en nuestra Gran Corte de la Vicaria no se haga composiçion ninguna, sin consultarla primero con el dicho nuestro Visorey, para que no dè lugar, aque se compongan delitos graves, y que para en lo que huviere lugar la composiçion, se mire lo que cumple à nuestra Corte, y el dicho nuestro Visorey mande, que en todas las composiçiones, que se hizieren, de aqui adelante, entervengays vos, y que sin vos no se haga composiçion alguna, que vos antes que Vide inf.

que se concluyan las consulteys con el dicho nuestro Visorey, por ende advertireys, y proveereys en que assi se aga.

Quantum attinet ad compositiones, quia usu non est receptum, ut Thesaurarius generalis in eis interveniat, & data est forma in Magna Curia Vicariae, quemadmodum faciendae sint, praecedens Capitulum in aliis tantum servari mandamus.

Prag. 9. de off. Mag. Just.

PRAGMATICA XI.

CAES. MAJESTATIS
Anno 1539. ex §. 15.

Servetur prag. quod Officiales non participent in contractibus cum Fisco.

Quae est prima fuprà de mercatura Officialium.

Poen. ead. & alia arbitr.

ET quoniam per Pragmaticam a nobis editam Neapoli prohibitum est, quod officiales pecuniarii, neque per semetipsos, neque per interpositas personas in cambiis, partitis, aut quibuscumque aliis contractibus faciendis cum Regia Curia participare, aut intervenire directe, vel indirecte ullo pacto possint nunc denuo mandamus, quod dicta Pragmatica inviolabiliter servetur, tam per Thesaurarium, quam per reliquos alios officiales sub poenis in ea contentis, & aliis majoribus, nostro arbitrio reservatis.

Sicut fit relatio dati, & accepti cassae, ita fiat expensarum minutarum.

Vide prag. 45. de offic. Proc. Caes.

2 Praeter ordines provisionesque jam dictas, *Praecipimus, atque mandamus, ut quemadmodum in unoquoque Sabbati die generalis Thesaurarius, una cum Locumtenente Regiae Camerae Nobis bilancii relationem faciat Cassae pecuniae Regiae illius hebdomadae, sic etiam dictus Thesaurarius Nobis particularem in scriptis relationem faciat expensarum minutarum omnium, quae in dicta hebdomada contigerunt, procuretque, ut in unoquoque Sabbati die de iis mandatum expediatur.*

Quando non eunt Officiales extraordinarios necessario Pareggi.

3 Item, *quod dictus Thesaurarius deputare officialem aliquem extraordinarium non possit, cum servitio ordinariorum officialium uti possit, qui ordinarii a Regia Curia mercedem, stipendiumque recipiunt; quod si acciderit, dictos ordinarios hic Neapoli, seu alicubi occupatos esse, necessariumque esset pro Regiae Curiae servitio alios extraordinarios deputare pro solutionibus per Regnum faciendis, vel pro aliqua alia causa necessaria, nec tunc quidem ipse Thesaurarius deputet, nec deputare possit eos, nisi Nobis de his prius notitiam dederit, ac de his Nos consuluerit.*

Poen. indignationis, & priv. offic.

4 *Praecipimus igitur, atque mandamus, ut supradicta omnia vos ad unguem servare debeatis; servarique ad plenum a vestris officialibus, atque ministris curetis, sub poena indignationis Regiae, & privationis vestri officii.*

22. Septemb. 1559. D. Perafan.

Datum in Regio Palatio Neapoli die 22. mensis Septembr. 1559. D. Perafan. Vid. Albertin. Reg. Vid. Villanus Reg. Vid. Revert. Reg. Dom. Vicerex, Locumtenens, & Capitaneus Generalis mandavit mihi Joanni de Soto. In Cur. 4. fol. 208.

PRAMMATICA XII.

Tres claves capsae pecuniae Regiae Curiae detineantur per infrascriptos Electos, qui assistant quolibet die per sex horas in Castro Regio.

ESsendosi provveduto, ed ordinato, che i danari della Regia Corte vadano nel luogo deputato dentro il Regio Castello Nuovo di questa Magnifica, e Fedelissima Città di Napoli nelle casse colle tre chiavi, una delle quali ha da tenere, e tiene uno de' Magnifici Razionali della Regia Camera della Sommaria *per hebdomadam*, l'altra uno degli Officiali dell' Illust. Duca di Sant' Agata Regio Scrivano di Razione di questo Regno, e l'altra uno degli Officiali del Magnifico Tesoriere generale; conviene al servizio di S. M. per li danari, che giornalmente hanno da entrare in dette casse, e così ancora per la breve spedizione de' Negozianti, i quali hanno da trattare, e trattano con detta Regia Corte, e loro han da esser pagati danari nelle casse predette, che si sappiano l' ore, che hanno da ritrovare i detti Officiali in detto luogo deputato nel detto Regio Castello. E perciò ci è paruto con voto, e parere del Regio Collateral Consiglio, appresso di Noi assistente, fare la presente ordinazione, *omni tempore valitura*; per la quale „ Ordiniamo, e comandiamo a' detti Officiali presenti, e futuri *successive*, che terranno, e tengono il carico delle dette tre chiavi, che debbano, e ciascuno di loro debba in qualsivoglia giorno, che non sarà feriato, andare, ed assistere per tre ore la mattina, e per tre ore dopo di mangiare, a ricevere i detti danari, che avranno da entrare in dette casse, ed a pagare quelli, che avranno da uscire delle casse predette, precedente gli ordini necessarj nella forma solita, ed a fare, ed a trattare tutte le altre cose, le quali loro spettano, e toccano fare per servizio della prefata Maestà, e spedizione de' Negozianti, ed in modo alcuno non debbano mancare di così eseguirlo, non ostante qualsivoglia impedimento, purchè non sia d' infermità, nel qual caso d' infermità abbia subito da notificarlo il Razionale settimaniere al Magnifico, e Circospetto Luogotenente della detta Regia Camera, e i detti Officiali del detto Illust. Scrivano di Razione ad esso Scrivano di Razione, o quello del Magnifico Tesoriere generale al predetto general Tesoriere, a tal che possano deputare altri in luogo loro, e non per occasione della loro infermità si lasci d'attendere alla buona, e presta spedizione de' negozj, che competono farsi per loro; Con dichiarazione, che le dette tre ore della mattina hanno da calcolarsi subito *immediate*, che sarà il Sole uscito, e dopo di mangiare subito finite le 19. ore, sotto la pena per la prima volta di perder la metà del salario di un anno, la seconda di perdere tutto il salario similmente di un anno, e la terza di perder l'officio ". Ed a tal che sia noto a tutti questa presente no-

Poena dimidii salarii, vel totius, vel priv. officii.

noſtra ordinazione; comandiamo, che ſe ne facciano quattro copie autentiche, ed una di eſſe s'affigga *in valvis* del Tribunale della detta Regia Camera, l'altra nella Scrivania di Razione, l'altra nella Teſoreria generale, e l'altra nel luogo, nel quale ſi conſervano le dette caſſe con dette tre chiavi. Ordinando, e comandando, che contra de' contravvegnenti ſi debba eſeguire, e ſi eſegua inviolabilmente per le dette pene. *Dat. Neap. in Regio Palatio die 6. menſis Decembris* 1585. *D. Pedro Giron. Vidit Cadena Proregens. Vidit Lanarius Proregens, Baſtida de Muñatones Secretarius.*

6. Decembris 1585. D. Pedro Giron.

PRAMMATICA XIII.

Depoſita facta penes Quaeſtorem ſcribantur ſeparatim, & liberatio ipſorum non impediatur ſub quacumque praetenſione Regiae Curiae.

TRa le altre coſe, che per Sua Maeſtà Cattolica ci ſono ſtate ſcritte per una ſua lettera della data in S. Lorenzo a' 30. di Maggio del preſente anno v'ha un Capitolo del tenor ſeguente, *videlicet*. Quanto a los depoſitos, que eſtan en poder del Teſorero ſin embargo, de lo que cerca deſto apunta la dicha Camara, de que la Corte ſe ſuele aprovechar dellos en tiempo de neceſſidad, procurereys, que, de aqui adelante, los dichos depoſitos, qualeſquier que ſean, aunque en ellos tenga pretençion la Corte, ſe pongan en arca à parte, y dellos haya aſſi miſmo libro à parte, para que la Juſtiçia ſe guarde à todos, ygualmente, y ſe quite toda occaſion de quexa, y agravio, que las partes podrian tener, ſi por haverſe ſervido la Corte de los dichos depoſitos ſe les difirieſſe la reſtitucion del. Ed acciocchè gli ordini della predetta Maeſtà abbiano la loro eſecuzione, come ſi conviene, ci è paruto fare la preſente Prammatica, *omni tempore valitura*, per la quale " Stabiliamo, ed ordiniamo, „ che da qua in avanti, tutt' i danari di „ depoſiti di qualſivoglia qualità che ſieno, „ ancorchè in eſſi tenga pretenſione la Regia „ Corte, ſi debbano porre interamente in una „ caſſa a parte in una delle camere, dove ſi tengono l'altre caſſe con le tre chiavi de' danari „ della detta Regia Corte, nella qual caſſa de' „ depoſiti ſi debbano ancor fare, e tenere tre „ chiavi nella medeſima forma, e per li medeſimi Officiali, che ſi tengono l'altre „ chiavi delle dette altre caſſe, e ſi debbano fare tre libri a parte da' detti depoſiti „ tanto d'introito, quanto d'eſito, come ſi „ fanno degli altri danari Regj, e non ſi „ debba fare altro eſito alcuno de' detti danari depoſitati, per qualſivoglia altra cauſa, *etiam* urgente, e neceſſaria della detta „ Regia Corte, ſenza ordine eſpreſſo Noſtro „ *in ſcriptis* ottenuto, nel quale ſia clauſola „ derogatoria alla preſente Prammatica, acciocchè ſi levi ogni occaſione d'aggravio, „ che le parti potrebbero pretendere ſe per „ averſi ſervito la detta Regia Corte de' detti depoſiti, loro ſi differiſſe la reſtituzione „ di quelli, quando così foſſe dichiarato di „ giuſtizia, reſtando libera la poteſtà alla „ Regia Camera, od al Tribunale, a chi „ toccherà di determinare, decidere, e dichiarare ſopra la diſtribuzione, e reſtituzione di detti depoſiti, ſiccome fino al preſente s'è fatto, e di farli pagare a chi „ di giuſtizia ſi dovranno liberare, e reſtituire. Ordinando con queſta all'Illuſt. Duca di Sant' Agata Regio Scrivano di Razione, e del Conſiglio della prefata Maeſtà in queſto Regno, Spettabile Diomede „ Caraffa Regio General Teſoriere, e del „ detto Conſiglio, Magnifici Razionali della „ Regia Camera, ed Officiali de' detti Illuſtri, e Spettabili Scrivano di Razione, e „ Teſoriere generale, preſenti, e futuri, che „ aſſiſtono, ed aſſiſteranno nel luogo determinato, nel quale ſi tengano detti tre libri nelle dette caſſe colle dette tre chiavi, „ e che hanno cura, e tengono le chiavi, „ e i libri predetti, che debbano, e ciaſcuno „ di eſſi debba oſſervare e fare oſſervare „ quanto di ſopra ſi contiene, ſotto pena a „ ciaſcuno di loro di privazione d'officio ".

Poen. privat. offic.

Ed a tal che ſia noto a tutti, comandiamo, che della preſente ſe ne affiggano copia autentiche *in valvis* nel Tribunale della Regia Camera, e negli officj di Regio Scrivano di Razione, e di Regio Teſoriere generale, e nel luogo, dove ſi tengono le dette caſſe colle dette tre chiavi, a tal che ſia noto a tutti, e ſi poſſa oſſervare, e s'oſſervi. *Datum Neap. die ultimo menſis Julii* 1586. *Don Pedro Giron. Vidit Moles Reg. Vid. Lanarius Proregens. Vidit Bervicanus Proregens. Baſtida de Muñatones Secretar.*

Ult. Jul. 1586. D. Pedro Giron.

DE

DE OFFICIORVM PROVISIONE,

SEV

DISTRIBVTIONE FACIENDA REGNICOLIS, ET EXTERIS.

TITVLVS CLXXIII.

PRAGMATICA PRIMA.

Deſtribuuntur officia conferenda hominibus Regn., & exteris.



Tem atteſo, che per l' immortal memoria del Re Cattolico Avo di Voſtra Ceſarea Maeſtà, eſſendo ſupplicato, che di tutti gli officj del Regno ne provvedeſſe Napoletani, e Regnicoli, detta ſupplicazione fu decretata nel modo ſeguente, *videlicet*.

Placet Regiae Majeſtati providere Neapolitanis, & aliis Regnicolia idoneis de dictis Officiis, come appariſce per capitolo ſpedito in Segovia. Poi eſſendo Voſtra Maeſtà in Napoli, in Parlamento generale fu ſupplicata del medeſimo, e detta ſupplicazione fu decretata, che de' detti offi:j, *ut plurimum*, ſe ne provvedeſſero Napoletani, e Regnicoli; per il che è cauſato, che detti Napoletani, e Regnicoli ſono rimaſti defraudati di detta grazia *primo loco* conceduta per Sua Cattolica Maeſtà, nè mai hanno potuto goderla interamente, attento che *ut plurimum* di detti officj ne ſono ſtati provveduti foreſtieri, e non Napoletani, e Regnicoli; per il che quando Voſtra Maeſtà fu in Napoli, in Parlamento generale fu ſupplicata del medeſimo, benchè eſſi ſupplicanti ſi reſtringeſſero agli officj, e beneficj d' alcune Provincie ſolamente, e detta ſapplicazione fu decretata del modo ſeguente, *videlicet*.

Placet Caeſ. & Cathol. Majeſtati gratiam Regis Catholici confirmare, jubetque illam obſervari diligenter, curabitque, ut Regnicolae quemadmodum ceteris in rebus, ita etiam in hoc propenſum Suae Majeſtatis animum ad eorum commodum, & exiſtimationem cognoſcant.

E perchè detta decretazione non è del tutto chiara, eſſi ſupplicanti non hanno conſeguita con effetto la prima grazia del Sereniſſimo Re Cattolico, ſpedita in Segovia. Per tanto ſapplicano la Voſtra Ceſarea Maeſtà, che ſi degni far oſſervare, e di nuovo *aeque principaliter* concedere la preſata grazia della preſata Cattolica Maeſtà, con provvedere i Napoletani, e Regnicoli, di tutti gli officj del Regno, maggiori, e minori, e tanto di giuſtizia, quanto di pecunia, ſenza diminuzione, nè eccezione alcuna, *& etiam* di Caſtellanie, ed altri officj, e Capitanie pertenenti alla guerra, tanto terreſtre, come marittima, e ſimilmente di tutt' i beneficj, Arciveſcovadi, e Veſcovadi, Abazie, Giuriſpatronati, e Prelature del Regno, ſpettanti alla preſentazione, e collazione di Voſtra Ceſarea Maeſtà, provvedere i preſati Napoletani, e Regnicoli, oriundi, e che oriundi s' abbiano da intendere *etiam* tutti quelli di qualſivoglia nazione, che di preſente hanno Caſtelli, o beni ſeudali nel preſente Regno.

Placet Caeſ. & Cath. Majeſtati concedere, quod ab inde officia, quae vacaverint in dicto Regno conferantur Regnicolis oriundis, modia tamen, & formia infraſcriptis, intelligendo oriundos omnes etiam natoa extra Regnum, dummodo fuerint juxta Privilegium Fidelissimae Civitatis facti Cives Neapolitani per Magnificos Electos, & pariformiter alios Cives factos per alias Civitates demaniales dicti Regni, quae ex privilegiis Regiis eis conceſſis habent facultatem creandi cives, dum tamen duxerint uxores Regnicolas, & habuerint domos proprias in dictia Civitatibus, in quibus fuerint facti cives, & habitaverint in Regno ſaltem per quinquennium, & etiam omnes tenentes Baroniam, vel alia feuda, & omnes, qui habitaverint per annos decem cum uxoribus, poſſidentes bona ſtatim allodialia. Et forma erit hujuſmodi in conferendis dictia officiis, & beneficiis. In primis officium Viceregis, Locumtenentia, & Capitanei Generalis ad beneplacitum Caeſareae Majeſtatis, ſeptem vero officia, videlicet Magni Comeſtabilis, Magiſtri Juſtitiarii, Magni Admirati, Protonotarii, Magni Camerarii, Magni Cancellarii, & Magni Seneſcalchi, quatuor ex eis con-

Oriundi.

Adde c. 2. anni 1562.

Prag 2. de immunit. Neap

conferantur Regnicolis, cum vacaverint, & tria conferantur ad beneplacitum Caes. Majestatis, vel quandn vacaverint alternis vicibus, incipiendn a dictis Regnicolis, prout S. M. videbitur. In Collaterali Consilio, cum vacaverint loca Baronum, seu militum Regnicolarum, eligantur, & creentur Regnicolae, & similiter nbservetur vacantibus locis Regentium Cancellariam, ut in loco Regnicolae creetur Regnicola, ceteri vero eligantur ad beneplacitum Caes. Majestatis; similiter Thesaurarius generalis, Secretarius, & Scriba Portionis eligantur Regnicolae; in Sacro vero Consilin Praeses providebitur ad beneplacitum Caes. Majestatis; Consiliarii tamen debent esse pro duabus partibus Regnicolae, & pro tertia reservantur arbitrio Caes. Majestatis, & ceteri Officiales dicti Consilii debeant creari Regnicolae tantum. In Camera Summariae Locumtenentes ponantur ad beneplacitum Caes. Majestatis; Praesidentes vero pro duabus partibus eligantur Regnicolae tantum. Regens Magnae Curiae Vicariae debeat provideri singulis annis alternis vicibus, videlicet: uno annn Regnicola, & alin ad beneplacitum Caes. Majestatis; Judices vero pro medietate Regnicolae, pro altera ad beneplacitum; Magistri Actorum, Subactuarii, & ceteri Officiales dictae Curiae debeant creari Regnicolae tantum; Capitanei deputati ad custodiam dictae Civitatis Neapolis alternis vicibus cum vacaverint, videlicet: una provideatur Regnicola, & alia ad beneplacitum Caes. Majestatis; Capitanei annales terrarum demanialium similiter pro duabus partibus provideantur Regnicolae, & pro tertia provideantur ad beneplacitum Caes. Majestatis; & idem servetur in Assessoribus dictorum Capitaneorum, Castellani, Capitanei armigerorum, & peditum, & triremium ad beneplacitum Caesar. Majestatis, Magistrorum Portulanorum, & Secretorum officia, cum vacaverint, conferantur pro medietate Regnicolis, & pro alia medietate ad beneplacitum Caes. Majestatis; Dohanerius Dohanae Menepecudum Apuliae ad beneplacitum Caes. Majestatis; Auditor, Credenzerii, Cavallerii, & ceteri Officiales omnes dictae Dohanae provideantur Regnicolae tantum, Perceptores vero Provinciarum pro duabus partibus eligantur Regnicolae, pro tertia ad beneplacitum Caes. Majestatis; Dohanerii, & Credenzerii aliarum nmnium Dohanarum, & Fundicorum, & ceteri omnes Officiales dictarum Dohanarum debeant creari, & provideri Regnicolae tantum; Magistri Actorum Sacri Consilii, Scribae mandati, & regesti, & Magistri Camerae per Provincias omnes debeant creari Regnicolae; Magister Siclae, Credenzerii, & ceteri Officiales omnes dictae Siclae debeant creari Regnicolae; Magistri Rationales, Judices, Perceptor, & ceteri Officiales nmnes Regiae Siclae debeant creari Regnicolae tantum. Qun vero ad Beneficia Ecclesiastica, videlicet: Archiepiscopatus, Episcopatus, Abbatiae, Prioratus, Cannnicatus, Praebendae, & cetera beneficia quaecumque spectantes, & spectantia ad collationem, seu nominationem, & praesentationem Caes. Majestatis, conferantur pro medietate Regnicolis, pro alia ad beneplacitum, & cum vacaverint alternatim provideantur, prout servatur in Regno Siciliae ultra Pharum, hoc videlicet modn, & forma: quod beneficia per exteros quomodolibet vacantia Regnicolis conferantur; cum vero per Regnicolas vacare contigerit, provideantur ad Caes. & Catholicae Majestatis arbitrium, & beneplacitum. *Inter cetera concessa per Caes. Majestatem Caroli V. Imperatoris Civitatis Neapol. 12. Martii 1550. Bruxellis extat supradictum Capitulum.*

Circitores urbani.

Beneficia Ecclesiastica.

12 Mart. 1550. Carol. V. Imper.

DE OFFICIO SACRI REGII CONSILII ET HIS,

Quae ipsi Tribunali incumbunt.

TITULUS CLXXIV.

PRAGMATICA PRIMA.

Serventur stabilimenta respicientia Tribunal Sacri Consilii, & typis mandentur.



ETSI quamplura sint, quae Regnorum gubernacula suscipientes pro subditorum commodo, pro vigili cura, assiduaque meditatione pensitare, atque perficere summa ope, totisque viribus niti debent. In nulla tamen re accuratius versari convenit, quam in justitiae cultu, a qua tota fere earum gentium, quae legibus reguntor, & moribus, salus pendet. Cum itaque Sacra Regalis, & Catholica Majestas Serenissimi, & Invictissimi Regis nostri Philippi ob suorum amplitudinem Regnorum, quibus divina est dispositione praepositus, in hoc citerioris Siciliae Regno adesse facile nequeat; Nosque ut ejus Vices gereremus, universae Regni praefatae ditioni praefecerit, ex eo tempore, quo huc appulimus, huic rei praecipue omni diligentia invigilandum, indefessoque labore insudandum putavimus, ut omne tempus, studiumque nostrum intenderemus ad ea tantum procuranda, quae utilitati, saluti, tranquillitati, generique vivendi optimo, publicis denique, & privatis commodis Regiorum Subditorum congruere, & pertinere viderentur; carior tamen, & prae ceteris desiderabilior semper Nobis cordi fuit recta, celeris, expedita, incorruptaque justitiae administratio, quae procul dubio in Magistratum, praesertim majorum, optima constitutione, & ordinatione consistit, inter quos

S.R.C. ab Aragoniis constitutum.

Magistratus Sacrum hoc in Regno supremumque in administranda justitia Consilium a Serenissimis Aragoniis Regibus constitutum, ordinatumque reperitur, atque ab his ipsis Regibus, & a Caesarea Majestate felicissimae recordationis, recolendaeque per saecula memoriae, eorumque Viceregibus, Pragmaticis justissimis, institutisque sanctissimis exornatum, ac ejusdem Sacri Consilii decretis, & ordinationibus, ut temporum, ac emergentium casuum necessitas expostulavit, mirifice stabilitum.

In S.C. solum Regens antiquior praecedit Praesidem, alias ipse praecedit alios Regentes 18. Julii 1510 in Cur. 4 fol. 257.

Quae omnia cum diversis temporibus, variisque ab Auctoribus processerint, nec in unum congesta, impressa hactenus extiterint, diversis, abjectisque in chartulis neglecta tanquam inania delitescunt.

Vide Reg. Rov cons. 84. lib. 1.

Ex quo evenit eorum formulas perpaucis innotuisse, eorumque observationem non sine maximo justitiae detrimento, & auctoritatis, praeeminentiaeque ejusdem Sacri Consilii praejudicio desuevisse. Quibus occurrere cupientes, Pragmaticas jam dictas, ordinationes, & decreta ad Magistratum hunc optime regendum institutas una compaginari mandavimus, easque in Regio Collaterali Nobis assistente Consilio discuti, & recenseri, cum quo cunctis a Nobis diligenter rimatis, additis, enucleatis, ac his de integro dispositis, quae additamento, novaque dispositione indigere videbantur, quemadmodum suis in locis congrue adnotandum curavimus, illa in praesens compendium deducta nomine, & auctoritate Sacrae, & Catholicae Majestatis, cujus vices gerimus, renovamus, confirmamus, approbamus, & quatenus opus est, ea omnia, & eorum singula denuo statuimus, & ordinamus, ac sub forma inferius describenda publicari, imprimi, & in tabulis in valvis dicti Sacri Consilii affigendis describi, atque ab omnibus inviolabiliter observari volumus, & mandamus, quibusvis abusibus abolitis, ac penitus revocatis. Et ut praemissa, quem debent, sortiantur effectum, Illustri Protonotario, Viceprotonotario Regni, hujus Sacri ejusdem Consilii Praesidi, Regiis, ac omnibus quibuscumque, ad quos spectare visum fuerit, praecipimus, & districte mandamus, ut Pragmaticas, Institutiones, Decreta, & cetera, in praeinsertis contenta, firmiter teneant, atque observent, teneri, & observari faciant, nec contrarium facere ullo modo permittant, si gratiam Regiam caram habent.

PRAGMATICA II.

Regii Consiliarii debent esse docti, graves, severi, insontes, mites, & recta judicia judicare, & numero sint duodecim.

VEteres illi Sapientes, qui primitus homines per montes, silvasque vagos, ac ferarum more viveotes intra Urbes vivere docuerunt; existimantes, hominum conjunctionem durare diu oequaquam posse, si, pro aoimi libidine vivere cuique, & communes ad se rapere utilitates, liceret; leges coodiderunt, quibus poenae metu ab iojuria ioferenda scelesti homioes cohiberentur, & boni tuto calle iter facientes tranquille vivere, atque suis uti rebus libere possent; unde maxima hominum generi utilitas illata est, quorum antea vita sine legibus belluarum vitae esset similis. Quamobrem bene instituti Reges, qui non ad suamet compendia, sed ad populorum, quos sub Sceptro haberent, utilitatem, genitos esse opinati sunt praecipuam omni tempore justitiae, legumque cursm habuere. Idque vel io primis ab ioclitis Aragonum Regibus praedecessoribus nostris factitatum est, qui quamvis multum ab armis ornamenti retulerint; plus tamen decoris, & verae gloriae a legum observatione, justitiaeque cultu assecuti sunt.

2 Quorum Nos, ut Solio digne successisse videamur, nulli rei tantopere curam, mentemque addiximus, usque adeo dies, noctesque ad populorum, quos Nobis subesse voluit Deus quietem animo versando, quam ut per Urbes, nostro subditas Imperio, justitia servetur, vigeat, & colatur, sine qua neque Civitates stare longo tempore, neque sceptra diuturna, stabiliaque esse possunt. Igitur cum Neapolis Siciliae Regnum jure quodam legitimo, & haereditario Nobis debitum, nostrae super ditioni restitutum sit, idque noo armis tantum Nostris, quantum immortalis Dei beneficio, qui, ut omnium justissimus est, sic justitiam protegit, justisque oculis mortalium res intuetur, existimavimus nihil esse Nobis, usque adeo cogitandum, atque omni provideodum cura, quam ut eo io Regno, quod Nobis divioa justitia reintegratum est, nulla in parte justitia ipsa titubet, aut gressu Civitates invalido pervagentur. Quamobrem, ne a cultu justitiae desistamus, cui stabilem io omnibus, quibus imperamus, Terris, sedem coostituere gestimus ad tranquillam nostrorum Regoi Siciliae subditorum quietem, ac illius honorem, gloriamque, qui caelesti, ac potenti manu Regum corda complexa fovet, ejusque recte agendi mentem iospirat; *Sanctiones, atque ordinationes, inferius scriptas statuimus, quas inviolabiliter edicti nostri, ac decreti immobilis munimine, roboreque firmiter servari volumus, atque mandamus pro lege in nostro Siciliae Regno perpetuo valituras.*

Pragmaticae leges perpetuae.

3 Quoniam vero prius, quam de sanctionibus, ordinationibusque hujusmodi agatur Sacri Consilii, quo justitia foveatur, & ut illa servetur, rationem haberi oportet; ante omnia de ipsius ordinatione, sede, auctoritate, jurisdictione, praeeminentia, ac potestate quid statuamus declarandum est.

4 Igitur Sacrum eodem in Regno, supremumque Consilium ordinavimus, cui sedem, locumque in Urbe Neapolitana, Regni Urbium omoium suprema, ac Metropoli constituimus, ubi praesidebit unus, cum quo Consiliarii novem jus dicent, viri juris insignibus decorati, docti, graves, severi, insontes, mites, justi, faciles, lenesque, qui in judiciis exercendis non precibus, noo pretio, non amicitia, non odio, non denique ulla re corrumpantur, aut ab aequi, rectique dejiciaotur sede, justitiam amplectentes, divina formidaotes judicia, quorum quilibet hac formula in manibus Praesidis sanctissime jurare habeat, scilicet se, oeque per seipsum, neque per alium pro hujusmodi officio assequendo pecunism, vel rem aequipollentem, neque aliud quicquam cuique dedisse, pollicitumve esse, oeque ullo modo, ut sibi ad id esset auxilio, quemquam habuisse; cujus juramentum, vel si in mioima parte falsum esse comperiretur, ipsum ad officium non admitti, vel si admissus fuerit, protinus amoveri, repellique mandamus, ac nostro arbitrio mulctaodum reservamus.

Urbs Neapolis omnium suprema, & Metropolis. Nunc sunt 10. per pr. 73.

Juramentum in manibus Praesidis.

Poena privat. officii, & alia arbitr.

Hucusque REGIS FERDINANDI Constitutio.

5 Nunc vero, cum negotiorum copia magnopere excreverit, duodenarius Consiliariorum numerus factus est, atque ex eo numero biennio quolibet per Nos duo eliguntur Judices criminales Magnae Curiae Vicariae, reliquis decem pariter in duabus aulis distributis, secundum oovellas sanctiones, quae modo servantur, & io posterum, donec aliter per Regiam Majestatem fuerit provisum servabuntor, aularum praedictarum mutatione bimestri quolibet facienda, secundum Regiam ordinationem infrascriptam, jurameotum vero secundum formam hic traditam omoino io posterum a Consiliariis per Praesidem exigatur, licet in praeteritum (ut audivimus) non fuerit observatum.

Duo Regii Consiliarii eliguntur Judices Magnae Curiae quolibet biennio.

6 CArolus, &c. Magnifico Presidente, e Vieeprotonotario, e Regj Consiglieri del Sacro Regio Consiglio di Santa Chiara avendo veduta la retroscritta nota; *Vogliamo, vi diciamo, ed ordiniamo, che conformo a questa nota tenghiato il Consiglio nello due Sale, e che i Consiglieri debbono mutar la Sala da duo mesi in due mesi, che tal' è nostra volontà, ed intenziono, e così s' esegua, e non altrimenti*. La presente si conservi nel Sacro Consiglio, acciocchè sempre che bisogna, si sappia, e possa vedere quest' ordine, ed osservarsi inviolabilmente; dandone notizia a tutt' i retroscritti Consiglieri, Mastri d'atti, e Portieri, acciocchè per oiun di loro si possa allegare ignoranza. *Datum in Castro Novo Neapol. die 26. Junii 1534. Don Pedro de Toledo. Vidit de Collo Regent. Vidit Figueroa Reg. Vidit Loffreda Reg. Martyr. Secr.*

Consiliarii resideant in duabus aulis. Hodie vero quatuor sunt aulae, & quolibet bimestri mutantur. Prag. 73. infra eod.

26 Junii 1534. D. Pedro de Toledo.

PRAG-

PRAGMATICA III.

Consiliarii ordinarim sedeant alter post alterum, & de causis magis momenti cognoscant, spiritus infufflent actis.

DEficiente aliquo, vel absente ex Sacri Consilii Consiliariorum numero, Collega, qui post eum proxime sedebat, illius sedendi locum recipit, atque alios gradatim ascendere volumus; Consiliarium vero novissime creatum in novissimo loco recipi ordinamus.

2 Ut autem Sacri omnibus Consilii nostri auctoritas innotescat, scire omnes volumus, actorum, processuumque convalidationes, in integrumque restitutiones cum temporis propagationibus, quos spiritus insufflationes in Regno nominant, a nobis illi concessas esse causarum praeterea omnium quantumvis arduarum, sive illae etiam Comitatuum, Marchionatuum, sive Ducatuum, & Principatuum, vel quorumcumque nobilium feudorum extiterint, cognitionem eidem subjicimus, aliarumque omnium, de quibus cognoscere superiori tempore consuevit Magna Curia Vicariae, nisi tantum causae ejusmodi fuerint, in quibus de minori, quam de viginti quinque unciarum summa agatur; tales etenim causas alias ad Curias inferiores cognoscendas remittimus; a quibus si provocabitur, sciant appellantes non sibi prius nostrum ad Consilium appellationem deferre permitti, quam ad Vicariae Forum appellaverint, ut minoribus a Curiis gradatim ad nostrum Sacrum Consilium perveniant. Quod si eisdem in causis duae conformes sententiae in totum, vel in partem promulgatae fuerint, vel unum laudum, si forte compromissum factum fuerit, & una sententia, ut supra conformes extiterint, quatenus conformes fuerint, non nisi exequutione facta, ac de restituendo in succumbentiae casu cautione praestita, ad S.C. appellari.

Causae infra 25. uncias.

Concord. pr. 4. inf.

Quando duae sententiae sunt conformes.

Don Perafan Ducis Alcalà Viceregis super praedictis nova provisio.

Rei non evocentur ab eorum foro, nisi ex privilegio trahentium, & causae Neap. usque ad summam duc. 60. committantur Mag. Cur.

Est prag. 2 inf. tit. de delicto, quis convenire debet.

3 NOs autem in primis causis ne dum quantitatis hic descriptae, sed quarumque servari mandamus Pragmaticam per eumdem Serenissimum Regem Ferdinandum editam in Civitate Puteolorum primo Januarii 1488. inter alias jam impressam, ut illae non extrahantur a districtu incolatus Conventorum, iis exceptis, quarum cognitio ex privilegio personarum, rerum, causarum, sive alio spectat ad dictum S. C. cujus privilegiis qualitas omnino exprimatur in supplicationibus, alias nullatenus committantur: In hac vero Civitate Neap. & ejus districtu primae causae ad summam usque ducatorum sexaginta committantur Magnae Curiae Vicariae, in causis vero appellationum infra summam unciarum 25. hic expressa servetur omnino praecedens dispositio in praeteritum male observata.

Causae centum sexaginta 60.

Mandentur exequutioni sententiae Magnae Curiae

4 In aliis autem ultra summam praedictam, quod in sequenti ordinatione est dispositum, servandum erit. Quod vero hic sancitum est de exeutione sententiarum Judicum inferiorum confirmatarum per Magnam Curiam infra praenarratam summam unciarum 25. fortiori ratione declaramus, servandum in duabus ab eadem Magna Curia sententiis infra dictam summam conformiter latis, Statuentes de novo, quod sententiae, in posterum proferendae per ipsam Magnam Curiam in primis causis civilibus a ducatis centum quinquaginta infra, cum ibi assistant tres Judices, quos pro posse conabimur doctrina, & experientia idoneos deputare, mandentur exequutioni cum cautione de restituendo in casu retractationis, non obstante appellatione forte interponenda, quae committatur cum clausula: Facta prius exequutione, vel citra praejudicium exequutionis dictae sententiae, a qua appellatur.

infra summam ducato 150. cum cautione in casu retractationis.

Confirmatur per pragm. 6. sup. de appellat.

Fuit aucta usque ad duc. 500. per prag. 73. §. 3. infra.

D. Perafan.

PRAGMATICA IV.

REGIS FERDINANDI PRIMI.

AD subditorum nostrorum relevamen, ne sumptibus, laboribusque, ac longis itineribus fatigentur, si a sententiis, quae in Regni Tribunalibus proferentur, proclamare, & appellationes prosequi voluerint; " Decernimus, haud necesse esse ad Majestatem nostram immediate recurrere; sed ad Sacrum Consilium per Nos Neap. deputatum deferre appellationem satis esse, facultate ad Magnam Vicariae Curiam, & alias inferiores Curias appellandi integre servata, ut de jure, atque Regni consuetudine hactenus solitum est: ita tamen ut in causis a 25. unciis, ut praedictum est, gradatim appelletur ".

A sententiis Tribunalium Regni potest appellari ad M. C. & in causis inf. 25. uncias gradatim appelletur.

PRAGMATICA V.

SEntentias autem, & decreta Consilii, & quicquid ab eo ordinatum, provisumve fuerit, ut a supremo emissa Tribunali, exequutioni mandari edicto perpetuo jubemus, a quibus neque appellari, nec de eorum nullitate dici posse concedimus, cautionem tamen prius, ut fieri hactenus consuevit, de restituendo in casu succumbentiae, si pro revisione fuerit infra decem dies supplicatum praestari volumus. *Ne vero tantae jurisdictionis sententiae, decreta, ordinationes, provisionesque irritae sint, atque inanes*, Locumtenenti nostro Generali, omnibusque Capitaneis, stipendiariis militibus nostris, ac Siciliae Regni Magistratibus, ut illarum exequutioni, si opus fuerit, fortem, armatamque manum praestent, imperamus; licere tamen volumus, condemnatum intra juris terminum per supplicationem eodem in Consilio contra sententias processus revisionem petere, & a nostra Cancellaria, si prius judicato paruerint semper, & supplicatione revisionis literas impetrare Sacro Consilio exhibendas, ubi ante anni decursum unius processum revideri, atque etiam ite-

Sententiae S C. etiam armata manu exequutioni mandentur cum cautione, si infra decem dies non reclametur. & duabus conformibus sententiis ponitur perpetuum silentium.

Vid. hic infra.

iterum, sicut ei justum visum fuerit, judicari ordinamus, illis, quos merito, legitimeque instantibus suspectos partibus esse noverit, rejectis. Postquam vero duae a Sacro Consilio conformes sententiae promulgatae fuerint, perpetuum, ut hactenus in Regno observatum est, silentium imponendum esse, decernimus.

Idem in appellatione a judice, a quo confirmata per S. C. ut infra eod. p. 41. §. 4.

Eorum, quae hic dicta sunt, D. Petrsan. Viceregis declaratio.

Dicente nullas sententias S. C. & non probantes nullitentur.

QUae praesenti sunt ordinatione statuta omnino servanda jubemus; declarantes illud, quod hic expressum est, de nullitate sententiae Sacri Consilii dici non posse ad finem retardandae exequutionis, procedere, quando nullitas requirit probationem extrinsecam, vel aliam indaginem; at quando allegantur nullitates ex eisdem actis, tunc, prout juris ratio expostulat, & usu receptum est, quousque discutiantur, in exequutione supersedendum est. Et in praemisso casu si allegans succumberet: quia pronunciatur, nullitates allegatas adversus sententiam Sacri Consilii, non obstare, poena, in Regia novella ordinatione contenta, plectendus erit, cujus ordinationis tenor talis est.

3 CArolus, &c. Quamplurimum litigantium querula dispositione, pariterque Sacri Regii Consilii relatione percipimus a certo tempore citra ex quadam abusione introductum, adversus omnes fere sententias ejusdem Sacri Consilii de nullitate opponi, ad impediendam, & protrahendam ipsarum sententiarum exequutionem, adeo ut per diversas Advocatorum, & Procuratorum astutias longo plus in consequutione exequutionis post sententiam, quam in ipsa sententia obtinenda elaboretur. Quo fit, ut interdum nonnulli litibus, & expensis fatigati, derelictis causis suis, justitiam consequi desperent. Volentes igitur de optimo juris remedio providere, praesenti Sanctione, in perpetuum valitura " Sancimus, quod, quando contigerit adversus sententias, seu sententiam praefati Sacri Consilii per Procuratores, seu Advocatos, seu per ipsas partes principales de nullitate, seu nullitatibus calumniose ad differendam exequutionem, opponi, & quas nullitates, seu nullitatem in jure, aut in facto minime subsistere compertum fuerit, dum per idem Sacrum Consilium procedendum fore ad exequutionem, objectis nullitatibus non obstantibus, pronunciari contigerit, qui de nullitate dixisse comperietur, sententiae latae citra mille ducatos duarum unciarum, si ultra mille ducatos quindecim unciarum poenam se noverit incursurum; & quod pecunia pervenienda a dictis poenis convertatur pro salario Capellanorum, Missas quotidianas celebrantium in eodem Sacro Regio Consilio, & ad ornatum dictae Capellae, & vestimentorum pro celebrandis dictis Missis, ac eleemosynarum ad arbitrium nostrum: quas quidem poenas omni, & inviolabili modo exigi volumus, atque mandamus. Et ut praemissa nostra Regia sanctio, & Pragmatica omni futuro tempore perpetua stabilitate vigeat, & nihil detrimenti patiatur; Mandamus praedictis Regiis Officialibus, & ceteris omnibus; ad quos spectabit, spectareque poterit in futurum, quatenus hanc praesentem nostram sanctionem, & Pragmaticam, & in ea contenta ad unguem, & inviolabiliter observent, & observari faciant, illamque publicent, & publicari faciant, atque mandent, prout solitum est, & consuetum, ad hoc, ut unusquisque notitiam habeat, & aliter ignorantia allegari non possit, & contrarium non faciant, neque fieri permittant occasione aliqua, sive causa, si praeter irae, & indignationis Regiae incursum poenam ducatorum auri mille cupiunt evitare ". In quorum fidem praesentes fieri jussimus, Regio sigillo expressas. *Datum in Castro Novo Neap. die 20. mensis Januarii* 1545. *Don Pedro de Toledo. Vid. de Colle Reg. Vid. Loffredus Reg. Vid. Martialis Reg. Dom. Viceren, Locumtenens Generalis, mandavit mihi Bernardino Martyrano. In Cur. 12. fol. 279.*

Poen. 2. unc. Poen 15. unc. Per literas Suae Majestatis est aucta poena ad duplum. Et talem poenam non solvit pauper per prag. 3. de qu.

Poena irae, indignat. & contuls. mille.

20. Jan. 1545. D. Petro de Toledo.

4 De quibus quidem poenis, in praemissa Regia provisione contentis, ac aliis quibusdamque percipiendis, & exigendis per dictum Sacrum Consilium, sive deputandum ab eo, ac de illarum introitu, & exitu per eundem Perceptorem rationem reddi in Regia Camera Summariae quolibet semestri volumus, atque mandamus, abusu quovis procul pulso, atque rejecto.

Perceptor reddat rationem poenarum S. R. C. in R. C. S.

PRAGMATICA VI.

FERDINANDVS PRIMVS.

SAcrum praeterea Consilium locum publicis audientiis solitum habere volumus, ubi causae proponantur, supplicationes per Consilii actorum Magistros legantur, Advocati (si audiri deposcent) audiantur, sententiae, quascumque promulgari inciderit, proferentur, quas Regio pronunciari nomine, & per causae Actuarios legi mandamus, singulis autem ter hebdomadae, Martis videlicet, Jovis, & Sabbati diebus, prout hactenus consuevit, publica Sacrum Consilium in audientia mane sedebit. Quod si etiam illi post prandium ad res agendas venire, aut alio die, vel aliquem praeterire collibuerit, ejus arbitrio permittimus. *Haec Ferdinandus.*

Sententiae S C. proferantur nomine Regio.

Erat olim locus ad regendum Tribunal Sacri Consilii deputatus in Monasterio Sanctae Clarae hujus Civitatis Neapolis, ubi longo consedit tempore, ab annis autem viginti citra in Castrum Capuanae translatus est, ubi secundum morem hactenus observatum singulis diebus non feriatis in posterum regi mandamus, iis, quae hic aliter statuta sunt, non obstantibus.

PRAG.

PRAGMATICA VII.

Gubernatoribus Provinciarum liceat cognoscere de causis appellationum interponendarum in Provinciis, & ab eorum sententiis appellatur gradatim ad superiores.

Pragm. 3 §. 2. sup. eod.

PRo minori nostrorum litigantium subditorum dispendio, volumus in singulis nostri Siciliae Regni Provinciis Praesidem unum, seu Gubernatorem deputari, cui peritus Juris Auditor assideat, vel unus, vel duo, prout hactenus fieri consuevit, qui de primis causis in primis a locorum Capitaneis appellationibus decreta sibi in Provincia cognoscat, a quorum sententiis si quis provocaverit ad Neap. Consilium, vel ad Magnam Vicariae Curiam, prout maluerit, provocare valeat ordine superius enarrato. Privilegiis a nobis Baronibus concessis, confirmatisque semper salvis.

Ducis de Alcalà Viceregis declaratio.

2 HAs autem appellationes a sententiis Provincialium Audientiarum Calabriae, Hydrunti, Bariique, Aprutii, & Basilicatae, a ducatis centum infra, aliarum vero a quinquaginta ad earumdem Gubernatores, cum consilio Doctoris partibus non suspecti, remittendas esse volumus, quemadmodum sequenti Regia provisione sic fieri debere videmus.

Sententiae Audientiarum latae intra summam ducatorum centum, vel quinquaginta, ut hic, revidentur per Doctorem, partibus non suspectos, a ceteris vero gradatim appellatur.

CArolus, &c. Noi vogliamo; e per la presente vi ordiniamo, ehe da qui in avanti, non dobbiate pigliare, nè far pigliare appellazione alcuna, che venga da niuna delle Udienze Provinciali da cento ducati a basso, eioè delle Udienze di Calabria, Terra d'Otraoto, Bari, Abruzzo. e Basilicata; e dell'altre Provincie da ducati cinquanta, ma quelle rimettere sempre a' Governatori di dette Udienze, ehe procedano nella causa d'appellazione, con consiglio di Dottore non sospetto alle parti; Per tanto così l'eseguirete, e farete eseguire, ehe tal' è nostra volontà, ed intenzione; non facendo il contrario, se amate la grazia, e servizio della Maestà Cesarea. *Datum in Castro Novo Neap. die 3. Aprilis 1540. Don Pedro de Toledo. Vidit Loffredus Reg. Vid. de Collo Reg. Martianus Secr.*

3. April. 1540. D. Pedro de Toledo.

PRAGMATICA VIII.

FERDINANDUS PRIMUS.

SEdentibus in Consilio, vel publica in Audientia Consiliariis, ubi loqui primum, consultationesque proponere, atque respondere, ad Praesidem in eo solum spectat, nolumus cuiquam ex Consiliariis ipsis, sive publica, sive secreta in Audientia palam, vel publice loqui licere, nisi ei, qui a Praeside fuerit interrogatus. Illum vero, qui ordinationi hujusmodi contravenerit, nostro arbitrio mulctandum decernimus.

Poena arbitr.

Dux de Alcalà Vicerex.

Consiliarii in aula nisi interrogati a Praeside, vel ab antiquiori collega non loquantur.

AUdivimus hanc laudabilem sanctionem pessimo abusu non observatam in dicto Sacro Consilio; mandamus propterea illam inviolabiliter observari, Magnifico, & Circumspecto ipsius Sacri Consilii Praesidi, injungentes, directeque praecipientes, ut illam omnino observet, & ab omnibus juxta sui seriem observari faciat; Et quae hic, & in sequentibus de Praesida statuta sunt, eo absente, a Sacro Consilio, vel altera aularum ipsius, in qua illa exequi oportet, per antiquiorem Consiliarium ibidem tenentem primum locum illam diligenter observari.

Absente Praeside antiquior praeest.

PRAGMATICA IX.

FERDINANDVS PRIMVS.

Duo assignantur dies Consiliariis in causis referendis.

EX Consiliariis Consilii nostri Sacri pro causis, quae ipsi commissae fuerint expediendis cuilibet dietas suas, unam definitivis pro sententiis, alteram pro incidentibus concedimus, sicut ab antiquiori sumatur initium, temporum, deinceps inter ipsos praerogativa successive servata, nisi aliud ex causa a Praeside praefato ordinatum fuerit.

Dux de Alcalà Vicerex.

Tempus per horas.

EXperientia rerum magistra longa eousque usus docuit, tempus causarum a Commissariis referendarum, & expediendarum distribui per horas utilius fore, prout nunc servatur, sicque deinceps servari mandamus.

PRAGMATICA X.

Scribantur conclusiones in causis factae, & causae primo conclusae primo decidantur.

FIscales, & carceratorum causas, Ecclesiarum, viduarum, pupillorum, orphanorum, pauperum, & miserabilium personarum, atque etiam antiquiores in expeditione aliis praeferri mandamus, & inter eas servari ordinem a Constitutione Regni, Justi cultoris traditum, qui, ut inviolabiliter observetur, statuimus, ut conclusorum processuum singulorum primis mensium diebus Consiliariorum quisque brevem in schedula annotationem faciat omnibus in Consilio a Consiliariis legendam, cum conclusionis temporis significatione, ac litigantium personarum qualitate. Unde a Sacro Consilio, quae illo in mense causae expediendae sint, elici possit. Quam similiter annotationem in charta fieri decernimus Consilii ejusdem valvis affigenda, ut, quae singulis sint mensibus expediendae causae, innotescat.

Schedula causarum.

Dux Alcalae Vicerex.

2 CAusarum ordinata, celerisque discussio, & decisio a Regni hujus Regibus, eorumque Locumtenentibus prae oculis semper habita fuit, & alta in mente recepta; & propterea ab his ultra praecedentem Constitutionem latam factae sunt postea subsequentes instructiones, quarum primae inter alias a Serenissima Majestate Catholici Regis recolendae memoriae editas, sunt infrascriptae.

Conclusiones in libro A secretis. Idem §. 2.

3 *In primis* mandamus, quod fiat liber, in quo describantur conclusiones omnium causarum, cum die, & Kalendario per Secretarium dicti Sacri Consilii; qui liber custodiatur in eodem Sacro Consilio per dictum Secretarium.

Actuarii curent.

4 *Item*, quod, cum fiet conclusio dictarum causarum, denuncietur per Relatorem causae in dicto Consilio, & fiat continuatio dictae conclusionis per dictum Secretarium in dicto libro, in quo scribantur causae hucusque conclusae, juxta dictum ordinem, cum nominibus Relatorum, & quod Magistri actorum causarum debeant curare, dictas conclusiones describi facere in dicto libro, sub poena privationis officii.

Vide §. 7.

Causae primo conclusae terminentur.

5 *Item*, quod causae, quae primo fuerunt conclusae, primo debeant expediri, & votari in dicto Consilio. Quod intelligatur secundum ordinem causarum commissarum singulis Regiis Consiliariis, dummodo partes, vel earum Procuratores sint praesentes; vel altera ipsarum partium, quae petat expeditionem causae, exceptis causis privilegiatis, & de sui natura summariis, quae non habent sequi ordinem aliarum causarum plenariarum. Attamen inter causas ipsas privilegiatas etiam servetur ordo petitionis, reservato etiam arbitrio nostro Viceregi, si sibi videtur, ex justissimis causis aliquam dictarum causarum extra dictam regulam expediri debere.

Adde prag. 91. infra eod.

Vide §. 12. seq.

6 *Item*, quod qualibet die Sabbati ante meridiem in Consilio ordinentur causae, quae debeant votari in sequenti hebdomada, & in quibus debeant Advocati audiri in dicto Consilio; & de illis fiat memoriale in scriptis per singulos dies, cum expressione causarum, & nominibus Relatorum ipsorum, qui Relatores intrent, & ponant unusquisque causam suam per ordinem, & per circulum inter eos ordine servato, & secundum qualitatem causarum majorum, vel minorum, & dictum memoriale affigatur in januis dicti Sacri Consilii.

Causae terminandae scribantur in tabella affigenda in valvis aularum. Vt sup. § 7.

AEqualitatem omnino, pro poſſe, ſervandam eſſe inter praedictos Oſtiarios, tam circa labores, quam circa gagia, & emolumento percipiendo providendum eſt, quodmodo Actuariorum, & Scribarum ipſius Sacri Conſilii abuſu non ferendo, male ſervatum audimus; injungimus propterea ipſius Sacri Regii Conſilii Praeſidi, & Conſiliariis, quod ſuper hoc de opportuno provideant remedio, & praedictorum fraudibus occurrant.

Oſtiarii duodecim nunc 24. Dux de Alcalà.

3 Oſtiariorum praedictorum numerus, prout nunc eſt duodenarius, ita de cetero obſervetur, ut ſupra hunc numerum alius pacto aliquo non admittatur.

PRAG-

PRAGMATICA XXVIII.

REX FERDINANDUS PRIMUS.

Rex Ferd. I.

OStiariis Sacri Consilii nostri quoties extra Civitatem ad aliquod exequendum mittentur, cum victus expensis carolenorum quatuor salarium decernimus.

Dux de Alcalà Vicerex.

Fuit per hoc latum decretum per Sacrum Consilium die 22. Novembris 1537. ferie subsequenti.

Executoribus solvantur cum expensis carol. 30.

Vide pr. 5. de Com.

Quae est 25. §. 16. & 26. §. 2 sup eod & inf de ordine judicior pr. 9. §. 2. Vide pr 55. § 25 de Officia lib. &c.

Poena privat officii, & alia arbitr.

22. Nov. 1537. S. R. C.

2 *Ex causis mentem Sacri Consilii juste moventibus*, Provisum est, quod ex nunc in antea Exequutoribua sententiarum, & decretorum praedicti Sacri Consilii, sive sint Porterii, sive Scribae, seu quaecumque personae, solvatur salarium consuetum solvi Regiis Porteriis ipsiua Sacri Consilii; videlicet, caroleni quinque cum expensis tantum, & minus, si pro minori pretio partes se concordare potuerint; verum si erit exequutio facienda talis, quod requirat scientiam, & industriam personae, tunc solvi possit salarium per Regiam Pragmaticam taxatam; videlicet caroleni octo cum expensis; quod salarium debeat esse ipsius Exequutoris, nec in eo habere debeat partem actorum Magister. Et ultra dictum salarium non possit exigi, nec recipi a volentibus, sub poena privationis officii contrafacientibus, & alia arbitrio ejusdem Sacri Consilii reservata. *Loffredus Praeses, Galeotus Fonseca, Joannes Martialis, Joannes Thomas de Minadois, Nicolaus Majorana, Antonius Baraprutius, Bernardinus Galeota, Thomas Grammaticus, Antonellus Secretarius.*

Quod temporum qualitate attenta servandum est.

Extat etiam aliud Capitulum Ostiariorum, pertinens ad officium in Pragmatica Catholicae Majestatis, sub his verbis descriptum.

Relationes Ostiariorum.

Poena privat. officii.

Dux de Alcalà.

3 *Item*, quod Porterii Regii teneantur eadem, vel sequenti die, referre Magistro actnrum intimationes, per eos partibus factas, referendo horam intimationis factae, & nomina personarum, quibus est facta intimatio, quando personaliter non reperientur principalea, si causa per Procuratores agitabitur. Et si forte fiet in domo, exprimatur nomen persnnae, cui fuerit facta, & per Magistros actorum debeat in actis dicta relatio continuari, ad poenam privationis officii.

PRAGMATICA XXIX.

REX FERDINANDVS PRIMVS.

Temere appellantes mulctantur.

SI post interlocutoriaa, definitivasque sententias a minori quisque foro ad Sacri Tribunal Consilii nostri frivolas, ut adversarium defatiget, litemque proferat, appellationes detulerit, illi mulctam, Consilii ejusdem arbitrio indicendam, decernimus; quae si pecuniaria extiterit, nostrum in Fiscum congeretur. Mulctato vero in Procuratorem, & Advocatum, actorem, curatoremque, & alios administratores. qnorum non recto consilio damnum subierit, repetendae poenae actionem esse mandamus. Quod si ex actis, sive ex alio quovis modo eorumdem dolo, culpa, atque calumnia appellationes hujusmodi interpositas esse plane, notorieque constiterit, tunc ipsos tantum proprio nomine Procuratores, Actores, Advocatosque, Tutores, & Curatores, Administratoresque alios poenae in duplum nostro a Consilio inferendae, ut circuitus evitetur, obnoxins esse jubemus.

Poena arbitr.

Poena dupli. Rex Ferd. I.

In Pragmatica per Catholicam Majestatem edita extat Capitulum sequens:

1 ITem, quod temere appellantes a Magna Curia Vicariae condemnentur ad poenam in Constitutione contentam, irremisibiliter a partibus exigendam.

2 Decreto autem ipsius Sacri Consilii, quod praesentium tenore approbamus, appellantes temere a gravaminibus Magnae Curiae Vicariae, & Admiratiae, poena carolenorum quindecim vice qualibet puniuntur, cujus tenor talis est.

Poena carol. 150.

16. Junii 1533. S. R. C.

3 Extat decretum, & ordo a Sacro Regio Consilio hactenus interpositum, per quod fuit provisum, & ordinatum, quod temere appellantes a gravaminibus Magnae Curiae Vicariae, & Curiae Admiratiae teneantur, & debeant solvere poenam carolenorum quindecim vice qualibet, prout latiua in eodem decreto, & ordine continetur. Quod decretum, & ordinem praedictum Sacrum Regium Consilium mandat inviolabiliter observari, itaque ab eo, qui ex nunc in antea appellaverit temere, ut supra irremisibiliter poena praedicta carolenorum quiodecim exigatur, juxta ordinem ejusdem Sacri Regii Consilii. *Datum Neapoli in eodem Sacro Regio Consilio die 16. mensis Junii 1533. Loffredus Praeses, Joannes Martialis, Antonius Capycius, Nicolaus Majorana, Bernardinus Galeota, Bernardinus Soncius.*

4 Et ne ipsius poenae impositio elusoris redderetur, ejusdem Consilii decreto, sive mandato, *Provisum est, quod Actuarii nomina praesentantium supplicationes super gravaminibus praedictis annotare debeant in eisdem, ut sciri possit, a quibus poena sit exigenda; cujus provisionis tenorem approbantes, illam praesentibus inseri mandavimus.*

In supplicibus petitionibus appellationum describantur nomina exhibentium, & qui utentur dilationibus petitis, puniantur.

5 Ex provisione facta per Sacrum Regium Consilium. Quoniam alias fuit injunctum, & mandatum actorum Magistris dicti Sacri Consilii, ut in supplicationibus, quae offeruntur per viam gravaminis, & recursus a Magna Curia Vicariae ad idem Sacrum Consilium, deberent annotare personas, per quas supplicationes ipsae praesentantur. Et quia nuper repertae fuerunt aliquae supplicationes dictorum gravaminum sine nominibus

bus eas praesentantium ; proinde *Mandetur praedictis actorum Magistris dicti Sacri Consilii, & eorum cuilibet sub poena unciarum duarum a quolibet contravenieute irremissibiliter exigenda, quatenus in dictis supplicationibus porrigendis, gravaminum, & recursuum praedictorum debeant describere, & annotare nomina ipsas praesentantium. Nec non eisdem mandetur sub poena eadem, ut quanda fuerint factae nominationes, & concessae dilationes partibus, seu earum Procuratoribus, quibus postmodum non usi fuerint, in continenti debeant illas notificare subscripta ejusdem Sacri Consilii Secretario, ad hoc ut possint ab ipsis petentibus, ac non utentibus exigi poenae, in decretis super interpositis contentae, alias procedetur contra eos ad exactionem dictae poenae, prout juris fuerit*. Datum Neap. die 29. mensis Novembris 1550. H. Severinus Praeses, & Viceprotonotarius. Nicolaus Vincentius Caesarius Secretarius.

Poena duarum unciar.

Poena eadem.

Actuarii referant a secretis dilationes concessas.

29. Nov. 1550. S. R. C.

PRAGMATICA XXX.

FERDINANDVS PRIMVS.

QUisquis contra legem ante, vel post publicationem processus, seu post promulgatam definitivam sententiam in provocationis, revisionilque causa impertinentes articulos * primis positionibus causae de directo adversos, vel idem continentes formare attentaverit ; poena carolenorum decem, ut minima oostrum Fiscum inferenda quolibet pro impertinenti articulo mulctetur, & alis graviori poena Sacri nostri Consilii arbitrio inferenda, in qua personarum, & causae qualitstis rationem haberi volumus ea lege huic conditioni addita, ut quicumque Procuratoris, Actoris, & Advocati, Tutoris, Curatoris, atque alterius Administratoris dolo, culpa, vel calumnia in damnum inciderit, quam poenam solvit, ab eisdem repetere possit, quos io dolo fuisse liquido constiterit, superioris poenae duplicatae, cliente absoluto, reos esse decernimus.

Pro articulis impertinentibus apposita est poena.

* In aliis editionibus reperitur primo, quod correctum est. Idem per prag. 22. de ordine judicior. poena assium 350. & alia arbitr.

Poena duplex. Rex Ferd. I.

PRAGMATICA XXXI.

QUoniam io termino ad probandum super principali oegotio, vel etiam ad comprobandum scripturas, sive impugnandum identidemque ad reprobationem testium, seu in integrum restitutionis beneficio prima, vel secunda vice super novis, vel antiquis articulis concesso, quod vulgariter primum, & secundum beneficium in Regno nuncupatur, secundum editam super hoc Constitutionem calumniose ultramarinam, vel etiam minorem, illa non usuri, quidem saepe dilationem petere consueverunt ; ne cuiquam in posterum impune facere contingat ; *Decernimus eum, qui dilationes hujusmodi petierit, nec quicquam intra illarum tempora probaverit, ducatorum sex nostrum in Fiscum perventura poena mulctandum esse, graviori alia poena nostri Consilii arbitrio reservata, personarum tamen, & causarum qualitate perspecta; depositum quoque, quod pro ultramarina dilatione pro cursore, secundum ritum, consuetudinemque Curiarum Regni factum fuerit, si calumniosa petitio extiterit, nostro Fisco applicandum esse declaramus, & Procuratorem, qui sine speciali mandato easdem per calumnias dilationes, petierit, vel petendas Clienti persuaserit, pariterque, & Advocatum, Cliente absoluto, poenam duplicatam subire mandamus.*

Dilationibus non utentes puniuntur, ac hoc, & in Ultramarinis fit depositum.

Quae incipit beneficium simul cum antecedenti incipiente minorum jura.

Vide infra.

Poena duplex.

Dux de Alcalà Vicerex.

QUod hic de poena contra petentem dilstionem ultramarinam, vel extra Regnum, & ea non utentem statutum est, graviori poena per Pragmsticam editam per Illustr. D. Raymundum de Cardona tunc Regni bujus Viceregem, inter aliss, jam impressam 10. Decembris 1509. incipientem, *Alium similiter occasionem &c.*, vindicatum est.

Quae est 1 sup. de dilationib.

Sacrum quoque Consilium super praedictis sliis dilationibus arbitrium, sibi praesenti sanctione reservatum, explicando, poenam praedictam ad summam unciarum duarum auri auxit, prout in decreto die 17. Novembris 1533. statutum est, videlicet :

Decreto Sacri Regii Consilii statutum est, quod poena unius unciae per Regiam Pragmaticam impositis contra eum, qui in causa petierit, & obtinuerit dilationem ultramarinam, vel repulsam, vel beneficium, & eis usus non fuerit, nec probationes aliquas infra eas fecerit, & contra Procuratorem, qui sine speciali mandato illas petierit, vel petendas ejus Principali persuaserit, duarum unciarum poena irremissibiliter exigatur ; & quod Magister actorum causae, in qua pars ipsa, vel ipsius Procurator io supradictam poenam inciderit, antequam in causa ipsa ad ulteriora procedatur, debeat talis poenae incursionem notificare Magnifico ipsius Sacri Consilii Praesidi, vel Ipsius causae Commissario, sub poena unius unciae. Hoc suum, &c. *Antenellus Secretarius*.

Vide prag. 16. de ord. judic. 36 § 9 infra eod & prag. 8. de Proc.

Poena duarum unciar. Est aucta poena ad duplum per pr. 8 de dilat. § 6.

Poena unciae.

Poenas praedictas irremissibiliter esse exigendas, alio ejusdem Consilii decreto 3. Martii 1539. lato, provisum est.

Decreto ipsius Sacri Regii Consilii provisum est, quod poena, de cetero incurrends per partes petentes dilationes, & eis usae non fuerint, debeant sb eisdem irremissibiliter exigi, juxta tenorem Regiae Pragmaticae, & decreti ejusdem Sacri Consilii desuper interpositi.

Nos autem tenorem decretorum praedictorum approbantes, eadem juxta illorum seriem observari praecipimus.

PRAG-

PRAGMATICA XXXII.

REX FERDINANDVS PRIMVS.

Appellantes per calumniam a duabus sententiis conformibus puniantur.

POst sententias, vel decreta affirmativa, binasque relationes, & sententias conformes, quas ex causae natura; vel Curiarum, Judicantiumque privilegio, sive etiam ex ritu, & consuetudine Curiarum, appellatione interposita non obstante executio insequi debet, quicumque ad executionem differendam de ipsarum nullitate per calumniam, frustratorieque exceperit, vel aliter proposuerit, ducatorum sex poena mulctetur, nostri Fisci pecuniis adjungenda; cui si graviorem poenam nostrum Sacrum Consilium inferre voluerit, ipsius arbitrio reservamus; a Procuratore vero, vel Advocato, quorum id consilio factum sit, si ex actis, vel aliter notorie constiterit, hujusmodi mulctam exigi duplicem pro quolibet jubemus, Cliente absoluto; si nulla sibi culpa adscribi poterit.

Vide inf. & pr. 5. sup.

Rex Ferd. I.

Dux de Alcalà Vicerex.

Vt sup. pr. 5. §. 5. Dux de Alcalà.

HOdie vero, cum de nullitate sententiarum Sacri Consilii dicitur, contra allegantem, & succumbentem gravior est in dicta poena contenta in Regia provisione annotata.

PRAGMATICA XXXIII.

REX FERDINANDVS PRIMVS.

CUm quis dolosa ad litis ingressum impediendum dilatorias exceptiones apposuerit, pro qualibet ejusmodi exceptione, ne se dolo impune esse usum intelligat, duorum ducatorum poena nostro Fisco adjicienda, mulctandum esse decernimus: Sacro nostro Consilio permittentes ut acriori, si sibi visum fuerit, hanc fraudem poena compescat, quam a Procuratore, atque Advocato, qui fraudulenter consuluerint, repeti posse concedimus, ea conditione, quam in prima harum sanctione posuimus.

Prag. 29. 30. sup. eod. Rex Ferd. I.

PRAGMATICA XXXIV.

Per calumniam proponentes querelam de falso puniuntur, una cum Advocatis, & Procuratoribus. Poena centuis. sex, & alia arbitr. Prag. 29. 30. eod.

QUerelam falsi contra testes, principalemque, sive ipsorum alterum ad proferenda tantummodo litium expediendarum tempora quinque per calumniam, dolumque proposuerit aureorum ducatorum sex nostrum in Fiscum incorporandae obnoxium poenae esse jubemus, mulctamque etiam graviorem Sacri Consilii nostri arbitrio inferendam subire, poena a Procuratore, Advocatoque repetendae conditione illa, quae prima, atque secunda harum sanctione continetur, potestate praemissa.

PRAGMATICA XXXV.

Principalis interrogatus, & veritatem negans punitur. Poen. declar.

PRincipalem, qui super facto proprio, vel aliqua litis positione examinatus, ea negaverit, quorum illum habere notitiam credibile sit, & quae inficiatus sit, vera esse testium probationibus constiterit, poenae a nostro Sacro Consilio decernendae, personarum, & causae qualitate pensata, subjicimus, regressum poenae reposcendae in Procuratorem, Advocatumque, conditione ea, quam prima sanctione posuimus, concedentes.

PRAGMATICA XXXVI.

Non possunt ferri sententiae contra Fiscum, ipso non audito.

Concord. pr. 44. inf. § 5. & pr. 39. §. 9. de off. M. Just.

SEntentias de rebus, Fiscum nostrum tangentibus, in nostro Consilio, Cameraque Summariae, vel alibi promulgatas, Fiscali Advocato, Procuratoreque nostris in juribus non auditis, nullas, invalidasque esse decernimus; sancimus in posterum perpetuo, ut nullus Judex cujuscumque fori extiterit, in causa, qua directe, vel indirecta, vel quocumque modo de Fisci interessa agatur, sive ea civilis, seu criminalis, vel mixta fuerit, ad definitionem, prolationemque sententiae, vel ad aliquos actus, Fisci juribus praejudicantes, procedere valeat, nisi prius Advocatum, Procuratoremque Fiscales, jura Fisci proponentes audierit. Cui sanctioni, si Judex non paruerit, ejus sententiam ipso jure nullam, processusque, & acta causae ejusmodi nullius momenti, roborisque esse statuimus.

Poen. arbitr.

Insuperque Judicem ipsum in mulctam, nostrae Majestatis arbitrio reservatam incidisse declaramus. Et si Fisci Procurator, Advocatusque Fiscalis pro ipsorum virili jura proponere, tuerique neglexerint, vel si unus, sive alter non communicato invicem consilio quicquam non iis egerit, poenae identitatis nostrae Majestatis, vel nostri Sacri Consilii arbitrio reservatae obnoxios esse jubemus. Statuentes, Procuratorem Fiscalem, sine Fisci Advocato, & a contra Advocatum sine Procuratore in causis, Fiscum tangentibus, nihil facere posse.

Fisci Procurator tenetur accedere ad domum Fisci Patroni pro conferendis negotiis Fisci 31. Januar. 1595. in Cur. Calab. 3. fol. 20.

PRAGMATICA XXXVII.

Causae inter partes decidantur in Sac. Cons. & reliquae Fiscum tangentes, in Reg. Cam. & causae criminales tractentur in M. Cur. Vide prag. 61. 69. de off. Proc. Caes.

QUoniam juris ordo confunditur, si cuiquam sua jurisdictio non servatur; ideo causarum, quae inter privatos vertuntur, Summariae Camerae cognitionem non permittimus, etiam ex nostra, nostrique Viceregia commissione, quamvis ejusdem Camerae partes forum, examenque non declinaverint. Pariterque causas, inter Fiscum, ac privatos vertentes nostro in Consilio, aliisque Tribunalibus, agitari nolumus, idque etiam pendentibus in causis quocumque sint statu, quamquam usque ad conclusionem inclusive processum fuisse apparuerit. Propterea sanctione hac, perpetuo valitura, volumus, jubemusque, ut omnes causae inter privatos quocumque modo in Summariae Camera pendentes, etiam ex nostra, nostrorumque praedecess-

decessorum, vel nostri Proregis commissione, parte etiam non contradicente, jure ipso cum originalibus processibus nostro advocatae Consilio censeantur, nisi Camerae ipsius, vel litigantium privilegio easdem ad Cameram pertinere noscantur. Rursusque causae inter privatos, Fiscumque nostro in Consilio, sive aliis in Tribunalibus, Curiisve pendentes, easdem ad Cameram originalibus suis cum processibus devolutas haberi mandamus. Quod tam in praesentibus, quam in futuris causis, quocumque in statu reperiantur, etiamsi facta in eis conclusio fuisset, locum habere decernimus. Quod, si secus actum fuerit, processus, sententiasque, in illis ferendas, roboris, momentique nullius esse, affirmamus. Causas item criminales praesertim, in quibus vel de capite, vel membri abscissione agitur, tractari, decernique Magna in Vicariae Curia jubemus, ad quam proprie criminalium causarum cognitio spectat, non autem in Consilio, ubi de causis civilibus, non de criminalibus cognosci solitum est, nisi forte de laesae Majestatis crimine ageretur, vel aliud urgenti ex causa, eidem Consilio visum fuerit. *Hucusque Ferdinandus*.

Rex Ferd.

Criminis laesae Majestatis cognitio Nobis, vel Judicibus per Nos delegatis, sive delegandis, reservatur.

PRAGMATICA XXXVIII.

Poen. omnes contra Procuratores, & Advocatos calumniosos statutae habent locum contra Advocatum, & Procuratorem Fiscalem. Rex Ferd. I.

Poenis omnibus, quas Advocatorum, Procuratorumve calumnias, dolosque coercendo nostris sanctionibus statuimus, Fisci Advocatum, ac Procuratorem, si Fiscalibus in causis fraudulenter calumniose moliti esse quicquam deprehensi fuerant, teneri etiam volumus, quibus etiam tutores, curatoresque, si in eorum causis, quae sibi commissae fuerint, dolose aliquid egerint, aut consuluerint, obnoxios esse decernimus.

PRAGMATICA XXXIX.

Quando proceditur in contumaciam nullo termino admisso procedatur ad actus incumbentes.

Quia Nobis innotuit, quod ubi aliquem ad actum alicujus in contumaciam proceditur, per Consiliarios, qui Commissarii deputati sunt, dici solet: *Intimetur parti*; unde ad intimationem usque actus ipse suspenditur; & cum intimatio repente fieri nequeat, saepe ob hoc causae in longum proferuntur, & citatus sub spe intimationis comparere negligit, quod justitiae esse admodum dissentaneum judicamus. Ideo, ut talem removeamus abusum; " Ejusmodi intimationes in posterum fieri prohibemus. Mandantes, ut in contumaciam citati non comparentis absque alia intimatione ad actus causae necessarios, prout juris postulaverit ordo, procedatur, nisi aliud ex causa Commissario videatur.

PRAGMATICA XL.

Non probantes suspicionem allegatam contra Judices puniuntur. Vide inf.

Allegantibus Consiliarios, causarumque Relatores, suspectos, terminum, quo probationibus claris suspicionem verificent, Sacro a Consilio praefigi volumus; quod, si non vanam, calumniosamque illam esse probatum fuerit, de aliis Consiliariis, Relatoribusque non suspectis, illis amotis, quorum suspicio habeatur, provideri mandamus; verum si suspicionem ad litem prorogandam dolose allegatam fuisse, constiterit, tam principales, quam eorum Procuratores, & Advocatos, qui suspicionem proposuerint, poena, ab eodem Consilio statuenda, mulctari decernimus; ne quod a jurislatoribus in litigantium remedium excogitatum est, per malitiam in noxam vertatur; Consiliariis vero, ac Relatoribus, ubi falsas fuisse suspiciones innotuerit, ut illarum praetextu a causis sibi commissis se amoveant, non permittimus, sed ut de illis cognoscant ad sententiam usque inclusive, jubemus.

Dux de Alcalà Vicerex.

2 Est etiam super suspicione Consiliariorum alia novissime edita Pragmatica per Caesaream Majestatem felicissimae recordationis in Oppido Matriti die 10. Novembris 1539. inter alias impressa, incipiens; Statuimus etiam, quod si contigerit aliquem, vel aliquos Consiliarios, &c. Quam cum praesenti praeservari debere jubemus.

Quae est de suspicionibus Official. Vide nunc pr. seqq. eod. tit.

3 Illarum autem in discussione causarum, in quibus legitime suspecti pronunciati fuerint, quod minime interesse debeant, subsequenti Regia provisione, tenaciter observanda, provisum est.

Carolus Quintus, &c. Perchè teniamo querela delle parti litiganti in cotesto Sacro Regio Consiglio residenre in cotesto Palazzo di Capuana, che, essendo alcuno di detto Consiglio ricusato per sospetto, ed essendo ammesse dette sospezioni per legittime, e provveduto, *verbo*, od *in iscriptis*, che non debba dare voto nelle cause, nelle quali è ricusato per sospetto: *nihilominus*, quando si discutono i meriti di dette cause, e si votano, stanno presenti; il perchè danno causa di gravarsi alle parti, che gli hanno allegati sospetti. E volendo Noi in questo provvedere, come si conviene, sì per servizio della prefata Maestà cesarea, Come per la buona amministrazione della giustizia, per indennità de' suoi sudditi, con parere, e voto di questo Regio Collateral Consiglio, assistenta appresso di Noi, ci è paruto farvi la presente; per la quale " Vogliamo, e " così ordiniamo, che colui del Consiglio, " il quale per legittime cause di sospezione " non avrà da intervenire nel votare della " causa, non vogliamo, cha intervenga nel" la discussione della causa, nè stia presen" te, come anche s' osserva in questo Col" late-

Si liquet de suspicione, Judex non intersit neque suffragiis, neque relationi.

„ lateral Cunfiglio . E così s'efeguirà , e non altrimenti , che tal' è noftra volontà , ed intenzione , e compie al fervizio della Maeftà Cefarea " . *Datum in Caſtro Novo Neap. die 22. Junii 1545. Don Pedce de Toledo. Vidit de Colle Regens. Vidit Loffredus Regens. Vidit Martialis Regens. Hieronymus Martyranus Profecret. In Cur. 12.*

22 Junii 1545. Don Pedro de Toledo.

5 Sunt , & aliae cum praemiffis ab eodem Sereniffimo Ferdinando Rege editae Conftitutiones , quas vel ut impreffas cum Conftiturionibus , & Capitulis Regni , vel ut ad Tribunal praedictum hoc Sacri Cunfilii , de cujus ordinatione nunc agimus , principaliter non attinentes, ne de fuperfluis, vel impertinentibus redargueremur , omifimus . " Has tamen Conftitutiones cum fuis additionibus , declarationibus , & aliis fuperius de novo difpofitis , & infrafcriptis , licet Sacri fupremum Tsibunal Cunfilii refpicientes , ac ad illius ordinem , & optimum regimen fpecialiter , nominatimque compofitas , tanquam rationabiles juftitiae cultui , & fubditorum utilitati proficuas , ac Magiftratuum decori , & praeeminentiae admodum inferviens in Regia Camera Summariae , & in Magna Curia Vicariae, ac aliis quibufcumque Tribunalibus Regiis prout iis , ac Officialibus , & perfonis in eis praepofitis , & deputandis convenire poffunt pariter fervari jubemus ; Illuftribus Regni hujus Magno Camerario , & Magiftro Juftitiario, Locumtenenti Regiae Camerae praefatae, ac aliis Praefidentibus, & Rarionalibus , Regenti , & Judicibus , ac actorum Magiftris Magnae Curiae Vicariae , Provinciarum Gubernatoribus , & Auditoribus , ac aliis quibufcumque , ad quos fpectat , fpectareque poterit quomodolibet , mandantes , ut illas , prout ad unumquemque ipforum fpectat , obfervent, obfervarique faciant: perinde ac fi de ipfis, & Tribunalibus praedictis in eifdem principaliter effet difpofitum, caventes de contrarin fub poenis , in eis adjectis.

Aliae conftitutiones necessariae.

Pragmaticae fpectantes ad S. C obferventur ab aliis Judicibus.

6 *Subfequuntur Pragmaticae aliae , & provifiones Regiae editae a Caefarea Majeftate feliciffimae recordationis , & Illuftribus hujus Regni Viceregibus, quarum tenor, ut omnibus pateat, & ignorantiae levamento fublato ab omnibus, ut par eft, inviolabiliter obfervetur , illas poſt praedictas hic duximus inferendas, imprimendas, & ut praemiffum eft, defcribendas.*

Aliae Pragmaticae.

PRAGMATICA XLI.

NUper a Caefarea Majeftate emanavit quaedam Pragmatica, feu fanctio tenoris fequentis, videlicet.

Carolus , &c. Ex animo femper optavimus, & quotidie ftudemus , cunctos populos, quos noftrum regit Imperium , & praecipua iftius praefatae Siciliae Regnicolas in paco , & amoenitate. bono ordine, optimaque juftitiae adminiftratione confervare, & quanto fieri poffit a damnis, & bonorum jacturis, quae ex variis litium anfractibus paffim oriri folent , benignius fublevare . Quo fit , ut cum negotia , quae in noftro Sacro Confilio Sanctae Clarae, quae Fideliffima in Civitate noftra Neapolis celebrantur , tanta femper fuerint, fintque nunc , ut ex magno totius Regni ad hujufmodi Tribunal concurfu , Praeſes, ceterique Confiliarii illius, qui in unica tantummodo Aula hactenus, confueverint, ad decifiones caufarum , vix fufficiant ; & propterea partes ex dilationibus damna faepe pati cogitur. Nos, quibus eft imminens de populis cura pervigilis , de his maxime , quae bonum publicum, & ftatum illnrum tranquillum concernunt, quorum major pars in recta juftitiae adminiftratione confiftit , decernimus aliqua circa illius cultum edere , & fancire, praecipue circa perfonas publicas , quod fuum eft unicuique tribuentes , a quibus aut injufta , aut aequa negotiorum decifio , & plana Provinciae gubernatio fcaturit; fatis fuperque pro certo babentes , hoc falubri medicamine juftitiam brevi tempore incolumitatem affecuturam . Quamobrem , matura Sacri Confilii praecedente deliberatione , *Decernimus , & ordinamus , prout ferie praefenti de certa fcientia, Regiaque auctoritate noftra , & confulto decernimus, ut de cetero Tribunal hujufmodi Confilii Sanctae Clarae in duas Aulas divifum , & diftinctum effe debeat , & cenfeatur, in quarum utraque quatuor optimi Doctores praeter Praefidem , qui ambabus , videlicet earum utrique, fingulis diebus , prout negotiorum moles , reique exigentia , & brevior juftitiae expeditio poftulabit, fibique videbitur, intereffe debeat, exiftant, & refideant . Quorum quidem Doctorum numerum augeri cenfemus, ut femper citra Praefidem fint octo , & quicquid utraque dictarum Aularum decreverit , jure decretum effe habeatur, perinde ac fi Praefes cum reliquis omnibus fimul congregatis decernerent, dum tamen quando fuper alicujus Baronis ftatu, aut alia re alicujus importantiae , & quantitatis , qualitatifve , aut juris difficultatis , aliqua erit lis , omnes dicti octo Doctores cum Praefide fimul congregari debeant , merita proceffus , quando inftructus fuerit, audituri, & terminaturi, quod arbitrio dicti Praefidis , aut decreto , & ordinationi tunc Proregis eu dictis confiderationibus remittimus.*

Creantur duae Aulae pro caufis decidendis, ubi quatuor adfint Confiliarii , quorum decifiones ferventur. Vide prag 73 inf.

2 *Cum vero altera ex dictis aulis litem aliquam decidat , fuper qua interponi contigerit per ambas partes, vel aliquam ex eis fupplicatio, feu gravamen , reviſo proceffu , & decifio dictae appellationis, feu gravaminis per eofdemmet Judices, qui dictam litem prius deciderint, in gradu revifionis fieri debeat , quemadmodum fieret , fi omnes Doctores ambarum Aularum dictam feciffent decifionem, dum tamen lis praedicta ejufmodi qualitatis exiftat , quod in dicto revifionis gradu , five cafu , altera Aula , ut illius pars debere intervenire tibi aliter videatur , quo in cafu ad tui ordinationem , & nutum judicum congregationem fieri volumus.*

Caufae reclamationis revideantur per eofdem Judices in eadem aula , nifi aliter Proregi vifum fuerit .

Declara ut infra §. 9.

3 Praeterea circa debitam caufarum expeditionem , ut quae litigantium votis confula-

In ferenda fententia ducat. 200. tres fint

ad minus Consiliarii conformes, & in defectu convocentur alii de altera aula, hoc etiam fiat in majori summa. Pr. 3. §. 2. de dilat.

sulatur; *Decernimus, quod in qualibet tam condemnatoria, quam absolutoria sententia summae, seu valoris ducentorum ducatorum usualis monetae ipsius Regni, aut inde supra, tria vota conformia interesse debeant, quae si in altera ex dictis Aulis, illa non interfuerint, & causa, sive lis summam, seu valorem mille ducatorum dictae monetae attigerit, tunc Praeses dictarum Aularum, unum, aut duos Doctores alterius Aulae nominare teneatur, qui decisioni dictae litis interesse debeant. In casu vero, quo mille ducatorum summam excederet, in tali discordia ambae Aulae interveniant; quod si simul congregatis tria vota conformia non fuerint, sed paritas rerum, in hujusmodi paritatis eventum ad te Proregem rursum haberi volumus, qui Judices collegas non suspectos illico deputaes, aut ex isto Regio nostro Collaterali Consilio aliquem, seu aliquos illuc mittere tenearis, qui cum Doctoribus dictarum Aularum ad ejusmodi litis decisionem congregentur, quando autem causa, seu lis, summam, seu valorem dictorum ducatorum ducentorum non attinget, duo duntaxat vota conformia sententiam proferant, & in casu paritatis Praeses praedictus alterius Aulae Doctorem nominare curet, donec dicta duo vota conformia concurrant.*

Concord. pr. 2. de solpic. Offic.

In causis infra summam suffragia duo sufficiunt.

4 Quoad vero faciliores litium decisiones, utque pauperes litigantes indebitis expensis non graventur; *Volumus, atque committimus, quod, quando Praesidi, & Doctoribus Consilii praedicti Sanctae Clarae videbitur, se binatim congregare, litesque citra valorem ducentorum ducatorum quascunque audire, & determinare valeant; quod, si forsan concordes non fuerint, alius ut supra eis addatur; in causa enim, sive lite minoris summae, seu valoris dictorum ducatorum ducentorum in Tribunali Mag. Cur. Vic. aut alio quocumque Tribunali sive istius Regni Audientia prius decisa, quando super ea in d. Tribunali Sanctae Clarae cognosci contigerit, prima sententia definitiva borum Consiliariorum pro ultima decisione, seu determinatione talis litis habeatur, a qua appellari, supplicarive, aut aliter recursus haberi minime valeat, nisi in casu, quo scripturarum, & Actorum, aut testium falsitatem allegarent; tunc enim permittimus, quod sententia prius executioni mandata, pars, dictam falsitatem allegans, audiatur; quod, si Judicibus bene visum esse videbitur, efficiant, ut pars, sententiae executionem petens, ideae caveat, ut si in revisionis gradu revocata fuerit, effectum habeat talis revocatio.*

In causis minoribus ut supra, possint Consiliarii duo determinare: & confirmata sententia appellatione non reclamatur, sed executioni mandetur, nisi falsitas allegetur. Vide pr. 69.

Declara. ur ind. pr. 69.

5 *Si vero causa, sive lis tametsi minoris summae, seu valoris ducentorum ducatorum in Consilio primae instantiae tractata erit, aut in alio Tribunali definitive decisa non fuerit, in quolibet dictorum casuum locum esse revisioni jubemus, quemadmodum in causis majoribus supra dictum est.*

6 Circa ea etiam, quae secretum dicti nostri Sacri Regii Consilii Sanctae Clarae maxime concernunt, opportune consulentes *Decernimus, & jubemus, quod tempore votationis, & conclusionis causarum, soli Judices, qui eas votare, concludere, & decidere debebunt, & nullus alius praeter eos, etiamsi Consiliarius fuerit praesens esse debeat; hoc tamen intellecto, quod ubi jam vota decerta fuerint, vocandus sit Scriba dictae causae ad scribendam sententiam, prout per Judices illi ordinatum fuerit, qui cauti existant, ne votum fortassis in contrarium prolatum ipsi Scribae ullatenus declarent. Mandantes denuo, ut Aulis praedictis debite inserviatur, Notarios, Scribas, Magistros actorum, Porterios, & alios quoscumque Officiales dicti Tribunalis inter dictas duas Aulas, adeo aeque distribui, ut cunctu debita ordinatione peragantur. Adjicientes etiam Praesidi praedicto speciale onus totaliter dispensandi, & dividendi, distribuendique lites inter dictas duas Aulas, ut pari aequalitate expediantur, neutraque magis implicata honoris gravamius existat. Quocirca fidei, prudentiae, & sagacitati tuae eadem serie committimus, & mandamus, ut omnia praecontenta ad unguem observari facias, & cures operis cum effectu, usque patiaris contrarium fieri quavis causa, seu ratione, cum sic ex mente, immutabilique voluntate nostra omnia procedant pro bona justitiae administratione.* Datum in Civitate Bononiae die 26. mensis Februar. anno a Nativitate Domini 1533. Yo el Rey. Vidit Perrenotus pro Protonotario, & Magno Camerario. Sacra Caes. & Cath. Majestas mandavit mihi Joanni de Camalogna. Nil quia Curiae, Camalogna pro Taxatore. In Curiae primo.

Quando formentur suffragia, non intersint nisi Judices, & sententiae scribantur per Scribam causae secreto.

Praeses partitur causas.

26. Febr. 1533. Yo el Rey.

7 Eapropter volentes, ut tenemur, Caes & Cathol. Majestatis obedire mandatis, & ut praedicta omnibus innotescant, has praesentes in valvis dicti Sacri Regii Consilii apponi jussimus; *Praecipimusque, & mandamus omnibus, & singulis, ad quos spectabit, quatenus servata forma praeinsertae Regiae Pragmaticae, illam ad unguem, & inviolabiliter in omnibus, & per omnia observent, observarique faciant per quos decet, juxta ipsius Pragmaticae seriem, & continentiam, omni dubia, & difficultate cessantibus. Et contrarium non faciant, pro quanto gratiam praedictarum Majestatum caram habeat, ac poenam ducatorum duorum auri mille cupiunt evitare.* In quorum fidem praesentes fieri fecimus, sigillo communi impressas, praesentanti remansuras. *Datum in Castro Novo. Neapoli die ultimo mensis Septembris 1533. D. Pedro de Toledo. Vidit de Colle Reg. Vidit Loffredus Reg. Vidit Figueroa Reg. L. Viceproton. V. Alonsus Sanchez generalis Thesaurarius, Augustinus Locumtenens Magni Camerarii. Dominus Viceres Locumtenens Generalis mandavit mihi Bernardus Martyrano. In Cur. 3. fol. 145.*

Poen. ducatorum duorum mille.

30. Sept 1533. D Ped. de Toledo.

8 *Pro discussione, & decisione causarum magnae importantiae, in quibus omnes Consiliarios congregari nostro, vel alterius, qui pro tempore fueric, Viceregis, seu Praesidis arbitrio fuerunt hactenus assignati dies Mercurii, & Sabbati cujuslibet hebdomadae, in quibus congregatio praedicta fieri consuevit. Deinceps autem illum diebus juriditis Martis, & Veneris ex causis, Nobis rationabiliter visis, & in Reg. Collaterali Nobis adsistente Consilio mature discussis, fieri praecipimus.*

Die Martis, & Veneris uniantur aulae pro causis magni momenti decidendis, & causae reclamationum revideantur in eadem aula, ubi fuerint decisae.

9 Quod

Ut sup. §. 2.

9 *Quod autem eadem sancitum est Pragmatica, causas in una eclatas Aula, atque decisas, in eadem tantum revideri oportere, nisi aliter Viceregi, pro tempore existenti, visum fuerit, declarationem recipit a Capitulo, per Caesaream Majestatem inter alia concessa huic Civitati, & Regno in Parlamento generali per illam congregato, & expedito die* 22. *Martii* 1536. *quod incipit:* Item *supplicano, che per la buona amministrazione, &c. cum aliis jam impresso, & servanda.*

10 *Declaratur insuper haec Regia provisio, quatenus illa cavetur, in causa a ducentis infra duo vota conformia requiri per Capitulum, contentum in Pragmatica edita per Cathol. Majestatem usu receptum comprobatum teneris subscripti.*

11 Item, *quod causae infra summam unciarum* 12. *committantur ad decidendum Consiliariis Regiis singulis, qui, si eis videbitur, nullo facto verbo in Regio Consilio, justitiam faciant in dictis causis, nomine, & vice Catholicae Majestatis; verum si ab eorum sententiis fuerit supplicatum, causa supplicationis debeat decidi per totum Consilium; possit nihilominus sententia lata per dictos Consiliarios tanquam Regia, executioni demandari praestita cautione.*

PRAMMATICA XLII.

Libelli supplices infra tres dies in eadem mensa, & penes acta exhibeantur.

Siamo stati avvertiti, come alcune persone, per dare dilazione, e prolungare le cause, che tengono in cotesto Sacro Consiglio, ci presentano memoriali di gravame, e dopo di esser mandato per Noi decretarsi, dette parti li ritengono appresso di loro, e non li presentano, se non quando loro pare. E volendo levare questa dilazione, e provvedere come si conviene per la buona, e presta amministrazione della giustizia, e per indennità de' litiganti, per questo " Vogliamo, „ che se i detti memoriali non saranno presentati fra tre dì giuridici dopo della data di „ essi, non si debbano ammettere più, perchè colla presente i detti memoriali, passati detti tre dì, dichiariamo, e teniamo „ per cassi, e rivocati. E così vi diciamo, „ ed ordiniamo, che lo dobbiate osservare, „ e far osservare, che tal'è nostra volontà ". *Dat. in Castro Novo Neapoli die 7. Aprilis* 1540. *Don Pedro de Toledo. Vid. de Colle Reg. Vid. Loffredus Reg. Martyranus Secretarius.*

Adde prag. 49.

7. April. 1540. D. Ped. de Toledo.

PRAMMATICA XLIII.

Appellationes in causis criminalibus ad Sacrum Cons. a Tribunalibus quibuscumque remittantur decidendae per Mag. Cur. Concord. prag. 44. & 46. infra

PErchè siamo informati, che i delinquenti, ed inquisiti di cause criminali, tanto nell' Udienze Provinciali, quanto nelle Corti de' Capitani Regj, e Baroni, per differire il condegno gastigo de' loro demeriti, *ut plurimum* interpongono le loro appellazioni, tanto *a definitiva*, come *a gravamine* in cotesto Sacro Consiglio, a causa che in quello, per le occupazioni degli altri negozj, non si procede con quella celerità, come nella Gran Corte della Vicaria. E volendo togliere simili sutterfugj, acciocchè i delinquenti sieno puniti con prestezza per loro gastigo, ed esempio degli altri; " Vi diciamo, ed „ ordiniamo, che, da qua in avanti, *& de cetero*, tutte le cause criminali *qualitercunque* principalmente, o per appellazione *a definitiva*, o per gravezza, o altrimenti dipendenti da cose criminali, che s' agitano „ nelle Udienze predette Provinciali, e nelle Corti de' Capitani Regj, e di Baroni, „ e che di presente si trovassero introdotte „ in cotesto Sacro Consiglio, le dobbiate rimettere a detta Gran Corte a fine, che „ per essa si possa in quelle procedere, e fare giustizia celere, e spedita, come conviene al servizio di S. M. ed al quieto vivere de' suoi sudditi ". E così eseguirete, che tal'è nostra volontà, ed intenzione. *Dat. in Castro Novo. Neap. die penultima Januarii* 1542. *Don Pedro de Toleda. Vid. de Colle Reg. Vid. Loffredus Reg. Vid. Martialis Reg. Martyranus Secretar.*

& prag. 2. de relat.

Nec S. C. potest mittere Rectores suspensa jurisdictione, quia spectat ad Proregem. 31. Maii 1565. in Cur. 7. fol. 215. Nec mandare potest, quod non contrahantur matrimonia inconsulto Prorege, 18 Aug. 1571. in Cur. 16. fol. 381.

30 Janu. 1542. D. Pedro de Toledo.

PRAGMATICA XLIV.

Appellationes criminales, excepta a Mag. Cu. remittuntur per S. C. ad Magnam Cu.

CRescente quotidie in hoc Regno malorum hominum audacia, & crudelitate, quod, spretis legum aculeis, saevis, & enormibus criminibus se immiscent, sitientes, & effundentes sanguinem innocentium, quae malorum saevitia, nisi nova legum severitate deprimeretur, in immensum cresceret, & bonis, secundum tramitem legum vivere cupientibus, nulla daretur vivendi securitas; quibus, ut decet bonum Principem, obviare cupientes, & calumniantium iniquitates repellere, & ut convenit aut velox poena subdatur, aut liberandos custodia diuturna non maceret; Statuimus cum voto Regii Collateralis Consilii, quod omnes appellationes in causis criminalibus, tam a definitiviis quam ab interlocutoriis, latis extra Magnam Curiam Vicariae absque alia cognitione ad ipsam M. C. remittantur, & si aliter fuerit provisum, sit nullum, & irritum.

2 *Item*, quod si appellabitur a Magna Curia Vicariae in causis, in quibus per dictam M. C. fuerint Rei condemnati ad mortem naturalem, vel civilem, vel ad mutilationem membri, per Praesidem Sacri Regii Consilii causa non committatur, nisi prius vocato Judice Magnae Curiae, qui fuerit Commissarius causae, & Magnifico Fisci Patrono, ut provideri possit circa causae commissionem, vel ejus ad eandem Curiam remissionem, & interea supersedeatur in executione a tempore dictae vocationis.

Appellatio a decreto Mag. Cur. ad mortem, vel membri abscissionem non committitur, nisi audito Judice Magn. Cur. & Fisci patrono vocato.

3 *Item* si aliquis fuerit citatus per Magnam Curiam Vicariae ad informandum, qui sit praesens, vel habitet in praesenti Civitate, seu in Provincia Terrae laboris, vel etiam per triginta milliaria a dicta Magna Curia, si, antequam in eadem compareat, porrigat sup-

Appellans a citatione Mag. Cur. debet se ipsummet exhibere in Magn. Cur.

supplicationem in Sacro Regio Consilio, non audiatur, nisi primo comparuerit personaliter in Magna Curia Vicariae; & rursus etiam per partes a futura captura, non admittatur per Sacrum Regium Consilium, sed remittatur ad Magnam Curiam Vicariae, quae provideat, ut juris fuerit, nisi aliter per Illust. Dominum Viceregem esset remissa supplicatio, seu appellatio ad dictum Sacrum Regium Consilium, quod provideret; & ubi de jure appellatio debet admitti, antequam detur terminus per Sacrum Consilium ad faciendum defensiones appellanti, videatur, quae defensiones praetenduntur per partem, & postea detur terminus non longior, quam in causa principali ad probandum id, quod relevaret appellantem. Similiter quando in Magna Curia Vicariae inquisiti non allegaverunt negativam, seu affirmativam, quae negativam includeret, & habuerunt defensiones, in tali casu in causa appellationis super dicta negativa non audiantur, nisi cum maxima causae cognitione, taliter, quod cesset omnis suspicio calumniae, & dilationis frustratoriae. Statuitur etiam, quod omnes defensiones faciendae ex parte appellantium in causis appellationum, quae in Sacro Consilio vertentur, testes desuper examinandi, examinentur per Magistrum actorum causae primitivae Magnae Curiae, & per dictum Magistrum actorum Magnae Curiae respondeatur de tertia parte salarii Magistro actorum Sacri Consilii secundum Regiam Pragmaticam; & defensiones ipsae, aliter factae, sint ipso jure nullae; immo, si qualitas causae exegerit, testes praedicti examinentur in ipsa Magna Curia Vicariae.

Ante terminum videantur defensiones.

Negativa quando admittenda in Sac. Cons.

4 *Item*, si per Magnam Curiam Vicariae fuerit lata sententia, seu decretum communi voto omnium Judicum, inter quos sunt etiam duo Conliliarii, si super revocatione, seu moderatione dictae sententiae fuerit diversitas votorum, taliter, quod saltem non concurrant quatuor vota ad dictam revocationem conformiter, non revocetur, vel moderetur dicta sententia, nisi prius consulto Illust. Domino Vicerege.

Ad revocandam M. C. sententiam, nemine discrepante, latam cum Consiliariis, quatuor suffragia requiruntur.

5 *Item*, quod causae criminales, quae erunt expediendae in Sacro Regio Consilio in eadem expeditione vocetur Magnificus Fisci Patronus, vel Procurator Fiscalis. Ea propter mandamus Illust. Spectabilibus, & Magnificis viris Protonotario, Viceprotonotario, Praesidi, & Deputatis in Sacro Regio Consilio, Magistro Justitiario, Regentique, & Judicibus Magnae Curiae Vicariae, & aliis Officialibus Regiis, ad quos spectabit, praesentesque pervenerint, praesentibus, & futuris, seu eorum Locumtenentibus, & subditis, quatenus praesentem nostram ordinationem, & omnia, in ea contenta, observent, observarique faciant in omnibus, & per omnia, juxta ipsius seriem, continentiam, & tenorem. Et contrarium non faciant pro quanto gratiam praedictarum Majestatum caram habent, ac poenam ducatorum auri mille cupiunt evitare. *Datum in Castro Novo Neap. die 19. mensis Augusti* 1542. *Don Pedro de Toledo. Vid. de Colle Reg. & Viceprotonotarius. Vid. Loffredus Reg. Vid. Martialis Reg. D. Vicerex, Locumtenens Generalis mandavit mihi Bernardino Martyrano.*

In decisione causarum criminalium in S. C. intersit Fisci patronus. Concordat pr. 4. & 40. de off. M. Just. & 41. §. 5. sup. & 36.

Poen. centum mille.

19. Aug. 1542. D. Ped. de Toledo.

PRAMMATICA XLV.

PEr alcuni rispetti moventi la mente nostra, e massime per quello, che conviene al servizio della Maestà Cesarea; " Vogliamo, e così per la presente vi ordiniamo, che, da qua in avanti, pubblicate che saranno le sentenze per cotesto Sacro Consiglio, negli esecutorj, che si avranno da spedire, e si faranno per l'esecuzioni di esse sentenze, vi si abbiano da porre queste clausole, *videlicet*.

Forma apponenda in literis exequutorialibus Sac. Cons.

Quod quicquid exequetur, tam pro debito principali, quam pro expensis, debeat annotari in dorso ipsarum literarum executorialium. Necnon quando erunt faciendae executiones contra feudatarios, apponatur haec clausula, videlicet: Dummodo per talem executionem nullo modo inducatur divisio feudi. *Per questo* " vi diciamo, ed ordiniamo, che " dobbiate provvedere, che s'abbia così da " eseguire, e non altrimenti, che tal'è no" stra volontà, per complire, come s'è det" to, al servizio della prefata Maestà Cesa" rea ". *Datum in Castro Novo Neap. die* 10. *Junii* 1544. *D. Pedro de Toledo. Vid. de Colle Reg. Vid. Loffredus Reg. Vid. Martialis Reg. Martyranus Secretarius.*

10. Junii 1544. D. Ped. de Toledo.

PRAMMATICA XLVI.

MOlte volte accade, che gl' incolpati, ed inquisiti d'alcun delitto nelle Regie Udienze, ed altri Tribunali del Regno ricorrono a cotesto Sacro Consiglio, pretendendo, che le dette Regie Udienze, ed altri Tribunali non possano contra loro procedere, ma debbano essere rimessi al loro Giudice competente. E benchè Noi abbiamo ordinato, che tutte le cause criminali per via principale, o di appellazione si debbano vedere, e conoscere prima nella Gran Corte della Vicaria; nondimeno nel detto articolo di remissione si procede nel detto Sacro Consiglio, *sub praetextu*, che non sia causa criminale; perchè nostra intenzione è, che non solo le cause criminali, ma *etiam* l'incidente, e capo di remissione, e qualsivoglia altro incidente, che dipenda, o sia annesso con causa criminale, si vegga, e conosca prima nella Gran Corte, ed in caso che si sentano le parti aggravate da detta Gran Corte, poi abbiano ricorso a cotesto Sacro Consiglio; Per tanto " Vi diciamo, ed ordiniamo, che, " quando accaderà, che delle cose predette " s'abbia ricorso dalle dette Regie Udienze, " o da altro Tribunale del Regno a cotesto " Sacro Consiglio le dobbiate rimettere alla " det-

Causae appellationum criminales una cum annexis remittantur ad Mag. Cur. primo decidendae. Sup. pr. 41.

„ detta Gran Corte, dove prima si ha da „ conoscere, e decidere, e poi *in casu forte* „ *gravaminis* della detta Gran Corte, si po„ trà ricorrere a cotesto Sacro Consiglio. E „ questo ancora s'intenda nelle cause, che al „ presente pendono in cotesto Sacro Consi„ glio. E non fate il contrario per quanto „ s'ha cara la grazia, e'l servizio della Mae„ stà Cesarea ". *Dat. in Castro Novo Neap. die 10. Octobr. 1551. Don Pedro de Toledo. Vid. Polo Reg. Vidit Villanus Reg. Vid. Fonseca Reg. Lobera Prosecretar. Martyrano. In Cur. 17.*

10 Octobris 1551. D. Ped. de Toledo.

PRAMMATICA XLVII.

Non fiat executio super genere bubulo, & in literis executorialibus ponatur clausula.

VEdendosi per esperienza il mancamento, ch'è in questo Regno, da alcuni anni in qua, di bestie bovine, e vaccine, causato, sì per le guerre passate, come per altre cause, dal che è risultato, e risulta gran disservizio a Sua Maestà, e danno a' suoi sudditi vassalli, tanto in generale, come in particolare; volendosi in questo provvedere, e rimediare per lo beneficio universale, avendosi avuto del tutto matura discussione nel Regio Collateral Consiglio, tra gli altri spedienti, che ci sono per ora occorsi, è che da qua in avanti, in modo niuno per qualsivoglia causa, *etiam* urgentissima, tanto ad istanza della Regia Corte per li pagamenti Fiscali ordinarj, straordinarj, donativi, relevj, ed altre imposizioni, quanto di qualsivoglia persona particolare, s'abbia da far esecuzione contra l'Università, e particolari persone di questo Regno, *non solum* in buoi domiti, conforme al Capitolo del Regno, il quale vogliamo, che inviolabilmente s'osservi, *sublato quovis abusu*; ma in qualsivoglia altra sorta di detto bestiame vaccino, come sono vacche, buoi, genchi, annecchi, e vitelli, *etiam* che il detto bestiame vaccino fosse specialmente obbligato a loro creditori, acciocchè cessando detta causa d'esecuzione per li buoi domiti, si possano lavorare, e coltivare i territorj seminatorj, ed aversi abbondanza di vittuaglie, e per gli altri animali vaccini abbondanza, e grascia di carne commestibile; Per questo per la presente Prammatica sanzione " Ordiniamo, e comandiamo a tutti, e singoli Tri„ bunali, Officiali Regj, e qualsivoglia per„ sona, di qualsivoglia officio, autorità, e „ potestà fungente, che tanto ad istanza di „ detta Regia Corte per gli pagamenti Fiscali „ ordinarj, e straordinarj, donativi, imposizio„ ni, e relevj, quanto di qualsivoglia persona par„ ticolare, non debbano eseguire, nè far esecu„ zione contra le dette Università, e parti„ colari persone di quelle in detti buoi do„ miti, nè in altra sorta di bestiame, *ut su*„ *pra*, ma eseguire sopra altri beni, o di „ persona, come meglio potranno. E non si „ faccia il contrario, per quanto si ha cara „ la grazia, e servizio della prefata Regia „ Maestà, e pena di ducati duemila ". *Da-*

Quod incipit Pridem.

Vaccae vituli, Juvenci, boves novelli, & veteres comprehenduntur.

Poen. centuf. bis mille.

